DATE DUE

[illegible]			

GAYLORD PRINTED IN U.S.A

BRESLAUER PHILOLOGISCHE ABHANDLUNGEN

HERAUSGEGEBEN

VON

RICHARD FÖRSTER

PROFESSOR DER CLASSISCHEN ALTERTUMSWISSENSCHAFT
AN DER UNIVERSITÄT BRESLAU

---

40. Heft

DE LIBANIO SOCRATIS DEFENSORE

SCRIPSIT

HIERONYMUS MARKOWSKI

BRESLAU
VERLAG VON M. & H. MARCUS
1910

Verlag von **M. & H. Marcus** in **Breslau,** Kaiser Wilhelmstr. 8

Breslauer Philologische Abhandlungen

1. Heft	[I, 1]	**Zacher,** Konrad: Zur griechischen Nominal-Komposition	2,— *M.*
2. „	[I, 2]	**Striller,** Franz: De Stoicorum studiis rhetoricis	1,20 *M.*
3. „	[I, 3]	**Amsel,** Georg: De vi atque indole rhythmorum quid veteres iudicaverint	4,— *M.*
4. „	[I, 4]	**Reitzenstein,** Richard: Verrianische Forschungen	2,40 *M.*
5. „	[II, 1]	**Wilhelm,** Friedrich: De Minucii Felicis Octavio et Tertulliani apologetico	1,80 *M.*
6. „	[II, 2]	**Cohn,** Leopold: Zu den Paroemiographen	1,80 *M.*
7. „	[II, 3]	**Rossbach,** Otto: De Senecae philosophi librorum recensione et emendatione	4,20 *M.*
8. „	[II, 4]	**Lichtenfeldt,** Karl: De Q. Asconii Pediani fontibus ac fide	1,80 *M.*
9. „	[III, 1]	**Habel,** Paul: De pontificum Romanorum inde ab Augusto usque ad Aurelianum condicione publica	2,— *M.*
10. „	[III, 2]	**Reinhardt,** Leopold: Die Quellen von Ciceros Schrift de deorum natura	1,60 *M.*
11. „	[III, 3]	**Reitzenstein,** Richard: Arriani τῶν μετ' Ἀλέξανδρον libri septimi fragmenta	1,— *M.*
12. „	[III, 4]	**Kauffmann,** Georg: De Hygini memoria scholiis in Ciceronis Aratum Harleianis servata	3,60 *M.*
13. „	[III, 5]	**Winkler,** August: Die Darstellung der Unterwelt auf unteritalischen Vasen	2,— *M.*
14. „	[IV, 1]	**Goldstaub,** Max: De ἀδείας notione et usu in iure publico Attico	3,— *M.*
15. „	[IV, 2]	**Stephani,** Emil: De Martiale verborum novatore	2,— *M.*
16. „	[IV, 3]	**Reitzenstein,** Richard: Supplementa ad Procli commentarios in Platonis de republica libros nuper vulgatos	1,— *M.*
17. „	[IV, 4]	**Cohn,** Leopold: Philonis Alexandrini libellus de opificio mundi	4,50 *M.*
18. „	[V, 1]	**Zimmermann,** Max: De Tacito Senecae philosophi imitatore	1,60 *M.*
19. „	[V, 2]	**Posnansky,** Hermann: Nemesis und Adrasteia. Eine mythologisch-archäologische Abhandlung Mit einer Doppeltafel	7,— *M.*
20. „	[V, 3]	**Consbruch,** Max: De veterum περὶ ποιήματος doctrina	5,40 *M.*

Fortsetzung 3. Umschlagseite

DE LIBANIO SOCRATIS DEFENSORE

scripsit

Hieronymus Markowski

BRESLAUER
PHILOLOGISCHE ABHANDLUNGEN

HERAUSGEGEBEN

VON

RICHARD FÖRSTER

PROFESSOR DER CLASSISCHEN ALTERTUMSWISSENSCHAFT
AN DER UNIVERSITÄT BRESLAU

40. HEFT

DE LIBANIO SOCRATIS DEFENSORE

SCRIPSIT

HIERONYMUS MARKOWSKI

BRESLAU
VERLAG VON M. & H. MARCUS
1910

DE LIBANIO SOCRATIS DEFENSORE

SCRIPSIT

HIERONYMUS MARKOWSKI

VRATISLAVIAE
M. & H. MARCUS
MCMX

RICHARDO FOERSTER

PIETATIS ERGO

Argumentum.

> Jesus Christus und Sokrates: die beiden Namen bezeichnen die höchsten Erinnerungen, welche die Menschheit besitzt.
>
> (Harnack, Sokrates und die alte Kirche. Rektoratsrede. Giessen 1901, p. 4.)

Libanius, rhetor ille Antiochenus, saeculi post Chr. n. IV celeberrimus, et Imperator Iulianus, amicus eius, ut ambo fidem Christianam fastidiebant totisque animis philosophiae litterisque Graecis dediti erant, ita Socratem, clarissimum illum philosophiae Graecae restitutorem, pariter admirabantur et colebant et summis laudibus efferebant[1]. Atque quanti Iulianus Socratem aestimaverit, multi librorum eius loci docent, imprimis or. II 96 C, or. VIII 243 A, ep. ad Them. 264 CD. Libanius autem cum multis scriptorum suorum locis, quanto in honore Socratem habuerit, ostendit tum peculiarem apologiam Socratis[2] scripsit, qua amicus quidam Socratis hunc apud iudices a criminibus ei ab Anyto obiectis inducitur defendens. Atque exstat altera quae fertur Libanii declamatio pro Socrate iam capitis damnato atque in vincula coniecto habita[3], qua auctor iterum familiarem quendam Socratis legem

---

[1]) Cf. Geffcken, Sokrates und das alte Christentum, Heidelberg 1908, p. 30.

[2]) Locos attuli ex editione Richardi Foerster: Libanii opera rec. R. F., vol. V, Lipsiae 1909, p. 1—121 cuius voluminis folia a typographo modo confecta nondum publici iuris facta editor humanissimus benigne mihi utenda permisit.

[3]) Cui declamationi, quae inscribitur *Κωλύουσι Σωκράτην ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ διαλέγεσθαι καὶ ἀντιλέγει τις*, multorum argumentorum materiaeque communitate cum apologia Socratis coniunctae Foerster in declamationum serie locum tribuit alterum, vol. V p. 123—147. Quae declamatio, quam brevitatis gratia decl. II significabo, an sit Libanii, Foerster mihi dubitationem movit; cf. etiam illius notam vol. V p. 123.

ab accusatoribus propositam, ut ille in carcere colloqui vetetur, facit dissuadentem.

Etsi complures viri docti de Libanii apologia Socratis iam disseruerunt[1]), tamen, cum adhuc non omnes dubitationes, in quibus illam legentes haeremus, solutae sint cumque aliae quaestiones et ad illam et ad decl. II pertinentes vix aut omnino non tactae sint, eas declamationes perscrutari non inutile mihi visum est. In iis vero tractandis hanc sequar rationem:

A ut fontes a Libanio ad apologiam Socratis componendam usurpatos,
  I et accusationem ab eo refutatam
  II et ceterorum argumentorum auctores indagem,
B ut dictionem et compositionem illius spectem,
C ut res in apologia Socratis ad Libanii ipsius vitam pertinentes investigem,
D ut, quae ratio inter apologiam et decl. II intercedat, examinem.

A.

De fontibus a Libanio ad apologiam Socratis componendam adhibitis.

I. De Socratis accusatione a Libanio refutata.

Accusationem Socratis, quam Libanius sibi sumpserit redarguendam, aliam esse atque illam actionem Athenis anno a. Chr. n. 399 ab Anyto, Meleto, Lycone in Socratem intentam vel inde sequitur, quod orationes ab accusatoribus habitae numquam in vulgus prodierunt, nec non inde, quod apud Libanium Anytus Socrati crimina graviora multoque plura obicit quam tres illi accusatores ei coram iudicibus imputaverunt, nec minime inde, quod apud Libanium crimina inveniuntur Socrati exprobrata, quae accusatoribus iudiciariis omnino non proferenda erant. Ac primum quidem etsi Plato apol. 17 A — 29 C passim nec minus Xenophon[2]) imprimis apol. 20 accusatorum argu-

[1]) Auctores, quos respexi, in contextu suo quisque loco afferentur.

[2]) Nemini hactenus contigit, ut apologiam Socratis Xenophontis nomen

menta ac verba afferunt, tamen accusationes illae ipsae, quibus *οὕτω πιθανῶς ἔλεγον* (Plat. apol. 17 A), numquam publici iuris sunt factae[1]). Quam rem dilucide Xenophon testatur, qui cum comm. Socr. I 1, 1—20 crimen impietatis sive laesae religionis, gravissimum accusationis iudiciariae caput, refutet, neque ullum accusatorum argumentum affert et Socratis *δαιμόνιον* ad hoc crimen eos adduxisse caute indicat[2]) I 1, 2: *ὅθεν δὴ καὶ μάλιστά μοι δοκοῦσιν κτλ.* et praeterea argumenta, quibus accusatores ad crimen illud confirmandum usi sint, sibi ignota esse aperte dicit I 1, 1: *Πολλάκις ἐθαύμασα τίσι ποτὲ λόγοις κτλ.* et I 1, 2: *ποίῳ ποτ' ἐχρήσαντο τεκμηρίῳ.* Quod argumentum ultimo loco commemoratum a Cobeto l. l. p. 666 primum adhibitum ut dissolverent nec Büchsenschützio[3]) nec Breitenbachio[4]) contigit; etenim Xenophontem, si scivisset, quibus argumentis accusatores iudicibus persuasissent, et si tantum miratus esset, quod accusatorum argumentis iudices ad Socratem capitis damnandum adducti essent, non *τίσι ποτὲ λόγοις* sed *ποίοις* vel *ὁποίοις ποτὲ λόγοις* dicturum fuisse versimillimum est.

Magis vero accusationem a Libanio repulsam non illam actionem iudiciariam esse inde apparet, quod haec pauciora ac leviora crimina continuit quam illa a rhetore Antiocheno refu-

---

prae se ferentem Xenophonti ita abiudicaret, ut re vera omnibus persuaderet. Nam ne verba quidem illa similia apol. 18 et symp. IV 41 discrepanti ratione adhibita, quibus nuper Th. Thalheim Herm. 43, 440 apologiam illam et Xenophontis „convivium" non eiusdem auctoris esse ostendere studebat, sufficiunt, ut apologiam non a Xenophonte scriptam esse demonstrent. Quod enim locutiones, quibus apol. 18 Socratis mores serio describuntur, symp. IV 41 ad Antisthenis mores signandos simulate usurpatae sunt, id inde declaratur, quod Antisthenes hoc loco mores suos iocose explicans fingitur.

[1]) Cf. Cobet, Novae Lectiones p. 666. — Schanz, Sammlung ausgewählter Dialoge Platos mit deutschem Kommentar, drittes Bändchen, Apologia, Leipzig 1893, p. 51.

[2]) Cf. Schenkl, Xenophontische Studien, II. Heft, Beiträge zur Kritik der Apomnemoneumata, Wien 1875, p. 10. Non recte haec Xenophontis verba interpretatus est Breitenbach, Fleckeisens Jahrbücher für class. Philologie, t. 99 p. 802, et t. 115 p. 459.

[3]) Philolog. t. 22 p. 693.

[4]) l. l. t. 99 p. 801; t. 115 p. 458—459.

tata; tres enim illos accusatores duobus[1]) criminibus Socratem insimulavisse, primo quod, quos deos esse civitas crederet[2]), eos non esse credens[2]) nova numina induceret, altero, quod adulescentes corrumperet, omnes auctores consentientes memoriae tradiderunt, Plato Euth. 2 C, 3 B, 5 C, 12 E, apol. 24 B, 25 D, 16 B, 35 CD — Xenophon comm. Socr. I 1, 1, apol. 10 — Diodorus Sic. XIV 37, 6 — Favorinus apud Diog. L. II 40: *ἡ δ' ἀντωμοσία τῆς δίκης τοῦτον εἶχε τὸν τρόπον· ἀνάκειται γὰρ ἔτι καὶ νῦν, φησὶ Φαβωρῖνος, ἐν τῷ μητρῴῳ· τάδε ἐγράψατο καὶ ἀντωμόσατο Μέλητος Μελήτου Πιτθεὺς Σωκράτει Σωφρονίσκου Ἀλωπεκῆθεν· ἀδικεῖ Σωκράτης οὓς μὲν ἡ πόλις νομίζει θεοὺς οὐ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσηγούμενος· ἀδικεῖ δὲ καὶ τοὺς νέους διαφθείρων. τίμημα θάνατος.* At hoc Favorini testimonium fide non dignum esse, sed hunc accusationis formulam non e tabula ipsa Athenis in templo Magnae Matris servata sed e Xenophontis comm. Socr. I 1, 1 prompsisse Schanz l. l. p. 12–16 argumentis ex accusationis forma sumptis concludebat, nec tamen Beyschlagio l. l. p. 4—8 neque Menzelio l. l. p. 7—12 persuasit, qui accusationis formulam a Favorino traditam genuinam esse ostendebant. Attamen Favorinum tabulam illam ipsam videre non potuisse inde patet, quod ex Metroo omnia tabularum veterum autographa temporibus belli Mithridatici primi ab Apelliconte quodam Teio cive Atheniensi facto ablata esse Athenaeus Deipnos. V 214 DE narrat. Itaque Favorinum accusandi formulam non in Metroo, sed apud aliquem auctorem vetustiorem[3]), quem Xenophontem fuisse non necesse est, repperisse manifestum est; ac praeterea vel Favorinus vel iam auctor ille, ex cuius libris accusationis formulam hausit, verba tabulae non accurate, sed scriptorum veterum more[4]) libere exscripsisse

[1]) In unum accusationis caput duo illa crimina contraxit Schanz l. l. p. 15: *es handelt sich nicht um eine zweifache, sondern nur um* ***eine*** *ἀδικία, die darin besteht, dass Sokrates der Jugend τὰ ἀσεβῆ lehrt.* Schanzii opinionem parum rectam refutat Beyschlag, Die Anklage des Sokrates, Progr. Neustadt a. d. H. 1900, p. 26—34.

[2]) Aliter *νομίζειν* verbum interpretatur Menzel, Untersuchungen zum Sokrates-Prozesse, Sitzungsber. der philos.-hist. Kl. der kais. Ak. der Wiss., t. 145, Wien 1903, p. 13—15.

[3]) Cf. Wachsmuth, Die Stadt Athen im Altertum, II 1 p. 337.

[4]) Cf. Norden, Die antike Kunstprosa, p. 90 [1].

videtur[1]). Quod autem Favorinus formulam illam sua aetate in Metroo fuisse dicit, haud magni est ponderis; omnino enim eius testimoniis fidem nisi caute non tribuendam esse ostendit id, quod de Socrate apud Diog. L. II 20 scribit: *καὶ γὰρ πρῶτος, ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, μετὰ τοῦ μαθητοῦ Αἰσχίνου ῥητορεύειν ἐδίδαξε.* Quae Favorini narratio pugnat contra id, quod Plato apol. 33 A et Xen. comm. Socr. I 2, 3 Socratem ullius umquam hominis magistrum fuisse negant. Nec minus Favorini testimonia reddit suspecta *Πολύευκτος*, causidicus ille a nullo auctore fide digno commemoratus, a solo Favorino apud Diog. L. II 38 allatus: *εἶπε δὲ τὴν δίκην Πολύευκτος, ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ.* Quod nomen et C. Fr. Hermann[2]) et Zeller[3]) frustra mutabant. Etsi igitur accusandi formula a Favorino tradita haud magni est pretii, tamen e Platonis et Xenophontis et Diodori Sic. testimoniis accusationem Socratis iudiciariam duobus illis criminibus constitisse satis est certum. Criminum autem apud Libanium exstantium numerus multo est maior.

I. Primum accusationis caput: Socrates statum rei publicae popularem labefactat.

1. Socrates cum cives tum adulescentes ad leges rei publicae despiciendas adducit.

§ 13, p. 20,15—21,2 *Σωκράτην ... διδάσκαλον γενόμενον ... ὑπεροψίας τῶν νόμων.*

§ 80, p. 58,11–12 *μέμφεσθαι, φησίν, αὐτὸν τῶν ἐθῶν τισι τῶν παρ' ἡμῖν.*

Cf. praeterea § 44, p. 38,11–14, § 49, p. 41,9–11, § 50, p. 42,5–6, § 80, p. 59,4–5, § 116, p. 78,15–17, § 165, p. 109,9–10.

Primus Socratem, quod adulescentes leges constitutas contemnere doceret, insimulavit Aristophanes nub. 1400 *ὡς ἡδὺ ... τῶν καθεστώτων νόμων ὑπερφρονεῖν δύνασθαι.* Idem crimen

---

[1]) Aliter discrepantiam inter vocabula *εἰσφέρων* a Xenophonte comm. Socr. I 1, 1 et apol. 10, et *εἰσηγούμενος* a Favorino adhibita exstantem interpretatur Menzel l. l. p. 15 [1].

[2]) De Socratis accusatoribus. Ind. schol., Gottingae 1854/1855, p. 14.

[3]) Die Philosophie der Griechen [4], II 1 p. 193.

similibus ac partim iisdem verbis, quibus accusator Libanianus, in Socratem profert simulque, quas Atheniensium leges Socrates reprehenderit, explicat accusator quidam apud Xenophontem comm. Socr. I 2, 9 *ἀλλὰ νὴ Δία, ὁ κατήγορος ἔφη, ὑπερορᾶν ἐποίει τῶν καθεστώτων νόμων κτλ.* Quam incusationem in Socratem iterat Iosephus c. Apion. II 37, 2 *καὶ διαφθείρειν τοὺς νέους ὁ κατήγορος αὐτὸν ᾐτιᾶτο, τῆς πατρίου πολιτείας καὶ τῶν νόμων ὅτι προῆγεν αὐτοὺς καταφρονεῖν.* Ut autem in iudicio Anytus Socrati exprobraret, quod nonnullas Atheniensium consuetudines publicas vituperaret, fieri non potuit, cum ipse in re publica moderatorum partes secutus non omnia imperii popularis soluti instituta probaret[1]), et cum accusatores *ἀμνηστίας* lege anno a. Chr. n. 403 Athenis constituta impedirentur, quominus Socrati scelera in rei publicae formam antea commissa imputarent[2]).

2. Socrates civitati iniuriam infert.

§ 29, p. 29, 18—30, 2 *εἰ γὰρ . . . οὔτ' ἂν ἠδίκησθε ὑμεῖς.*

§ 34, p. 33, 1—5 *ὁ γέρων οὗτος . . . ἐγένετο πονηρῶν διδάσκαλος . . . βλάπτων τὴν πόλιν.*

Quo crimine accusator a Libanio refutatus in Socratem adhiberi voluisse videtur legem Cannoni a Xenophonte hist. Gr. I 7, 20 traditam: *ἐάν τις τὸν τῶν Ἀθηναίων δῆμον ἀδικῇ, κτλ.*

3. Socrates formam rei publicae popularem odit tyrannidemque appetit.

§ 53, p. 43, 18—20 *μισόδημος, φησίν, ἐστὶ καὶ τοὺς συνόντας πείθει τῆς δημοκρατίας καταγελᾶν.*

§ 55, p. 45, 2—4 *ὁ φάσκων αὐτὸν συμβεβουλευκέναι τοῖς νέοις ζητεῖν ὅπως ἡ πόλις δουλεύσει.*

§ 163, p. 108, 6 *σὺ τολμᾷς καλεῖν Σωκράτην τυραννικόν.*

Cf. § 48, p. 41, 2—4, § 49, p. 41, 7—8, §§ 57—58, p. 46, 2—8, § 60, p. 47, 7—14, § 61, p. 48, 2—4, § 83, p. 60, 17—18.

---

[1]) Cf. Menzel l. l. p. 44.

[2]) Cf. Beyschlag l. l. p. 43. — Menzel l. l. p. 36—38. — Pöhlmann, Sokratische Studien, Sitzungsber. der philos.-philol. u. der hist. Kl. der kgl. bayr. Akad. der Wiss. 1906, Heft I, S. 49—142, p. 72. — Christ-Schmid, Gesch. der griech. Lit. [5] I. München 1908, p. 470 [3].

Quod discipulos tyrannicos faciat, Socrati obicit etiam accusator ille apud Xenophontem comm. Socr. I 2, 56 *ἔφη δ' αὐτὸν ὁ κατήγορος ... διδάσκειν τοὺς συνόντας ... εἶναι ... τυραννικούς.*

4. Socrates imperium populare destruit.

§ 13, p. 20,15 — 21,3 *Σωκράτην ... διδάσκαλον γενόμενον ... δήμου καταλύσεως.*

§ 51, p. 43,1–2 *τῆς νεότητος ὑμῖν, ὡς ὅδε φησί, διεφθαρμένης καὶ ποθούσης ἑτέραν πολιτείαν διὰ τοὺς τούτου λόγους.*

Cf. etiam § 41, p. 36,13–15, § 53, p. 44,1–3.

Totum illud accusationis caput sumptum de statu rei publicae populari ut a Socrate oppugnato ab accusatoribus iudiciariis ob *ἀμνηστίας* legem in Socratem proferri omnino non potuisse iam supra p. 6 commemoravimus. Eadem scelera, quae accusator Libanianus et Xenophonteus Socrati crimini dederunt, ei exprobravisse Catonem, censorem illum Romanum, Plutarchus Cat. c. 23 narrat: *Σωκράτη φησὶ λάλον καὶ βίαιον γενόμενον ἐπιχειρεῖν, ᾧ τρόπῳ δυνατὸς ἦν, τυραννεῖν τῆς πατρίδος καταλύοντα τὰ ἔθη καὶ πρὸς ἐναντίας τοῖς νόμοις δόξας ἕλκοντα καὶ μεθιστάντα τοὺς πολίτας.* Atque hoc idem crimen temporibus recentioribus in Socratem renovavit Forchhammer [1]).

II. Alterum accusationis caput: Socrates ceteros numina neglegere docet.

§ 29, p. 29,18 — 30,3 *εἰ γὰρ ... οὔτ' ἂν ἠσέβητο τὸ θεῖον.*

§ 110, p. 75,2–3 *οὕτω φάσκε τοὺς ἄλλους ὑπ' αὐτοῦ πεπαιδεῦσθαι τῶν θεῶν ὀλιγωρεῖν.*

Crimen igitur *ἀσεβείας*, quod primus Aristophanes nub. 247, 367, 827—830, 1477 Socrati obicit, atque quod in accusatione iudiciaria summum et gravissimum fuit, accusator a Libanio refutatus brevissime tetigit ac modo obiter argumentis suis inseruisse videtur et praeterea crimen laesae religionis in iudicio prolatum mutavit. Illi enim accusatores Socratem deos

[1]) Die Athener und Sokrates. Die Gesetzlichen und der Revolutionär, Berlin 1837, p. 24—40.

rei publicae negare novosque deos inducere insimulaverunt, hic autem accusator a Socrate cives ad deos neglegendos institui contendit; quod crimen Libanius peculiaribus argumentis dissolvere supersedet.

III. Tertium accusationis caput: Socrates adulescentes corrumpit.

§ 29, p. 29,18—30,3 *εἰ γὰρ . . . οὔτ᾽ ἂν ἡ νεότης διέφθαρτο.*

§ 102, p. 70,17—71,6 *νέοι δὲ πατέρων τε πρότερον ἄγοντες ἐκεῖνον, ὡς λέγεις, καὶ πρεσβυτέρων ἀδελφῶν ὑπερορῶντες καὶ καθάπερ ὑπὸ γόητος ἑλκόμενοι τοῦ Σωκράτους*[1]) *τί πλέον ἂν ἐζήτησαν τοῦ πεῖσαι τὸν ἄνθρωπον; . . . γονεῖς τε ὑβριζόμενοι καὶ ἀδελφοὶ καταφρονούμενοι πάντως ἂν ἤλγησαν.*

Primus Socratem, quod adulescentes patres despicere atque aspere tractare doceret, Aristophanes nub. 1321—1453 criminatus est. Tum alterum illud actionis iudiciariae caput, quod adulescentibus a Socrate perditis continetur, a Meleto eo modo confirmatum esse, ut Socrati exprobraret, quod adulescentibus persuaderet, ut sibi magis quam parentibus oboedirent, testatur Xenophon apol. 20: *ἀλλὰ ναὶ μὰ Δί᾽, ἔφη ὁ Μέλητος, ἐκείνους οἶδα οὓς σὺ πέπεικας σοὶ πείθεσθαι μᾶλλον ἢ τοῖς γειναμένοις.* Plane aliter crimen illud sumptum de adulescentibus a Socrate depravatis apud Platonem declaratur. Meletus enim, ut adulescentes a Socrate corrumpi demonstret, primo illo accusationis capite cum hoc altero coniuncto Socrati, quod adulescentes deos a civitate creditos aspernari, alia vero nova numina credere doceat eoque modo profligatos reddat, obicit apud Platonem apol. 26 B: *πῶς με φῂς διαφθείρειν, ὦ Μέλητε, τοὺς νεωτέρους; ἢ δῆλον δὴ ὅτι κατὰ τὴν γραφήν, ἣν ἐγράψω, θεοὺς διδάσκοντα μὴ νομίζειν οὓς ἡ πόλις νομίζει, ἕτερα δὲ δαιμόνια καινά; οὐ ταῦτα λέγεις, ὅτι διδάσκων διαφθείρω; — πάνυ μὲν οὖν σφόδρα ταῦτα λέγω.* Uno autem loco crimen illud ab accusatoribus in iudicio ratione a Xenophonte narrata illustratum esse etiam in apologia Platonica perlucet. Accusatores

[1]) Socratem ab adulescentibus summopere amatum esse Libanius etiam in ep. 1083 commemorat: *ἐρᾷς γὰρ καὶ τὸ πραττόμενον εἴρηται, καὶ ἅμα παλαιὸν τοῦτό γε καὶ παρὰ Σωκράτει συμβάν· ἤρα γὰρ τοῦ γέροντος τὰ μειράκια.*

enim Socratem iniurias cognatis adulescentium inferentem in orationibus contra eum habitis appellavisse Plato apol. 34 A commemorat: *πάντας ἐμοὶ βοηθεῖν ἑτοίμους τῷ διαφθείροντι, τῷ κακὰ ἐργαζομένῳ τοὺς οἰκείους αὐτῶν, ὥς φασι Μέλητος καὶ Ἄνυτος*. Atque quod adulescentes a Socrate patres aliosque consanguineos contemnere discant, *ὁ κατήγορος* Socratem accusat etiam apud Xenophontem comm. Socr. I 2, 49 *ἀλλὰ Σωκράτης γ', ἔφη ὁ κατήγορος, τοὺς πατέρας προπηλακίζειν ἐδίδασκε κτλ.*, — et I 2, 51—52 *ἀλλὰ Σωκράτης γ', ἔφη ὁ κατήγορος, οὐ μόνον τοὺς πατέρας ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους συγγενεῖς ἐποίει ἐν ἀτιμίᾳ εἶναι παρὰ τοῖς ἑαυτῷ συνοῦσι κτλ.* Sed argumentum, quo apud Xenophontem Socratem amicos modo benevolos inutiles esse, nisi etiam prodesse possent, docuisse *ὁ κατήγορος* criminatur, apud Libanium non invenitur. At accusator et Xenophonteus et Libanianus in explicando crimine iuventutis corruptae hac re consentiunt, quod adulescentes a Socrate non solum contra parentum aliorumque consanguineorum natu maiorum auctoritatem sed etiam contra rei publicae leges atque instituta concitatos esse contendunt. Opprobrium illud corruptionis adulescentium vulgo Athenis Socrati obiectum maxime eo argumento, quod hominibus natu maioribus coram adulescentibus malediceret, a Socratis inimicis confirmatum esse etiam Plato Gorg. 522 B testatur: *ἐάν τε τίς με ἢ νεωτέρους φῇ διαφθείρειν ἀπορεῖν ποιοῦντα, ἢ τοὺς πρεσβυτέρους κακηγορεῖν λέγοντα πικροὺς λόγους κτλ.* At illud alterum Socratis adversariorum argumentum a Platone hoc loco allatum, quod adulescentium animos conturbaret dubitationesque iis iniceret, quod argumentum Plato iterat Men. 80 A: *Ὦ Σώκρατες, ἤκουον . . . ὅτι σὺ οὐδὲν ἄλλο ἢ αὐτός τε ἀπορεῖς καὶ τοὺς ἄλλους ποιεῖς ἀπορεῖν*, et Theaet. 149 A: *λέγουσι περὶ ἐμοῦ, ὅτι δὲ ἀτοπώτατός εἰμι καὶ ποιῶ τοὺς ἀνθρώπους ἀπορεῖν*, illud argumentum neque ab accusatoribus iudiciariis neque ab accusatore Libaniano in Socratem adhibitum esse videtur.

IV. Quartum accusationis caput: Socrates et poetis summis obtrectat et auctoritate eorum abutitur.

1. Socrates poetas plurimi aestimatos vituperat.

§ 62, p. 48, 8—14 *Ἡσιόδου, φησίν, [ἔπη] καὶ Θεόγνιδος*

καὶ Ὁμήρου καὶ τῶν Πινδάρου μελῶν, τοὺς δὲ ποιητὰς τούτους καὶ δόξης καὶ τιμῶν τετυχηκέναι παρά τε τοῖς ἄλλοις καὶ ἡμῖν, τούτων, φησί, τῶν ἀνδρῶν ἐπιλαμβάνεται καὶ τῶν εἰρημένων οὐκ ὀλίγα δείκνυσι πονηρῶς ἔχοντα.

2. Socrates poetarum auctoritate ad flagitia docenda utitur.

§ 98, p. 68, 19–21 *λέγεις· αὐτὸν μὲν ἀξιόπιστον οὐκ ἐνόμιζεν ἔσεσθαι, τῇ δὲ δόξῃ τῶν ποιητῶν ἐπὶ τὸ πείθειν ἐχρῆτο.*

Atque Socratem poetarum clarissimorum versibus doctrinas malas ac scelestas confirmavisse ac fulsisse etiam accusator ille profert apud Xenophontem comm. Socr. I 2, 56 *ἔφη δ' αὐτὸν ὁ κατήγορος καὶ τῶν ἐνδοξοτάτων ποιητῶν ἐκλεγόμενον τὰ πονηρότατα καὶ τούτοις μαρτυρίοις χρώμενον διδάσκειν τοὺς συνόντας κακούργους τε εἶναι καὶ τυραννικούς.* Illud autem crimen, quo accusator Libanianus Socratem poetarum summorum ac plurimi aestimatorum carmina reprehendisse arguit, apud Xenophontem non invenitur.

V. Quintum accusationis caput: Socrates scelera gravissima docet: furta, fraudes, sacrilegia, vim, periuria.

§ 13, p. 20, 15—21, 2 *Σωκράτην ... διδάσκαλον γενόμενον .... ἀδίκου κλοπῆς .... ἀπάτης .... ἱεροσυλίας .... ἐπιορκίας.*

§ 109, p. 74, 12–13 *διδάσκει γάρ, φησίν, ἐπιορκεῖν.*

Cf. etiam § 103, p. 71, 14–15, § 110, p. 74 18—75, 7, § 112, p. 76, 6–8.

§ 86, p. 61, 16—62, 4 *ἐρωτᾷ τὸν συνόντα, εἰ μὴ σοφὸς Ἡσίοδος ... τί δ'; οὐχ οὗτος ἔργον πᾶν ἐπαινεῖ φάσκων οὐδὲν ἔργον ὄνειδος εἶναι; κτλ.*

Versum illum Hesiodeum opp. 311: *ἔργον δ' οὐδὲν ὄνειδος, ἀεργίη δέ τ' ὄνειδος* a Socrate laudatum esse accusator videtur contendisse, ut Socratem hoc versu ad irruptiones, furta, sacrilegia, fraudes docenda usum esse ostenderet[1]). Defensor autem

[1]) Cf. Schanz l. l. p. 43. — Versu illo Socratem adulescentes, ut rei publicae vim inferrent, incitare solitum esse Forchhammer l. l. p. 57 existimat. — Eundem versum apud Platonem Charm. 163 B. Critias comme-

Socratis Libanianus hunc versum usurpat, ut poetas nonnunquam iure ac merito a Socrate vituperatos esse demonstret. Eodem versu Socratem adulescentes ad omnia flagitia turpissima quaestus gratia facienda adhortatum esse accusator ille criminatur apud Xenophontem comm. Socr. I 2, 56.

§ 87, p. 62, 9–11 *περὶ Πινδάρου διαλέγεται ... ὡς ὑπερτάτῃ χειρὶ βιάζεται τὸ δίκαιον.*

Hoc argumento accusator Socrati videtur exprobravisse, quod versu illo Pindarico adulescentes impelleret, ut legibus contemptis vim adhiberent[1]). Apud Libanium autem defensor Socratis versum illum laudat, ut Socratem recte adulescentes monere ostendat, ne omnes poetarum doctrinas sequantur. — Versus ille pars est fragmenti Pindarici 169, ed. Christ p. 418, quod editores sic scribunt: *Νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς | θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων | ἄγει δικαιῶν τὸ βιαιότατον | ὑπερτάτᾳ χειρί κτλ.* Verba Pindari genuina *δικαιῶν τὸ βιαιότατον | ὑπερτάτᾳ χειρί* iam ab accusatore mutata esse ex verbis Libanianis sequitur § 87, p. 62, 13–14 *Ἄνυτος ἐτόλμησε μεταγράψαι τὸ τοῦ ποιητοῦ.* Quibus ex verbis Gercke[2]) accusatorem versus Pindaricos in prosam orationem transcripsisse sine ulla necessitate concludit.

§ 88, p. 63, 4–6 *σκέψασθε, πότερον Θέογνις ὀρθῶς φρονεῖ νομίζων πάντα δεῖν ποιεῖν ὑπὲρ χρημάτων ὡς τῆς πενίας σιγᾶν ἀναγκαζούσης.*

Versus Theognideos 173—182, imprimis v. 173 *Ἄνδρ' ἀγαθὸν πενίη πάντων δάμνησι μάλιστα*, vv. 177—178: *πᾶς γὰρ ἀνὴρ πενίῃ δεδμημένος οὔτε τι εἰπεῖν | οὔθ' ἔρξαι δύναται, γλῶσσα δέ οἱ δέδεται*[3]), accusator videtur attulisse, ut Socratem

---

morat, ut inter *ποίησιν* et *πρᾶξιν* et *ἐργασίαν* plurimum interesse explicet. — Libanius ipse ad versum illum alludit etiam in ep. 351: *εἰ δ' οἴει δεῖν, ἅ φαμεν, ποιεῖν, μὴ μέλλε, πειθόμενος Αἰσχύλῳ καὶ ἔτι πρότερον Ἡσιόδῳ.*

[1]) Aliter hoc accusatoris argumentum explicat Schanz l. l. p. 42.

[2]) Platons ausgewählte Dialoge, erkl. v. H. Sauppe, 3. Bändchen: Gorgias, hrsg. v. A. G., Berlin 1897, Einl. p. XLVIII. Cf. Foerster, praef. p. 4 [5].

[3]) Illam translationem imitatur auctor decl. II, § 7, p. 130, 17–19: *μὴ χεῖρας μόνον καὶ πόδας δεδέσθαι — ἀλλὰ καὶ τὴν γλῶτταν αὐτοῦ.* Simili locutione utitur Ioannes Hagioelita, De passione S. Basilii presbyteri Ancyrani narratio, ed. Kraschenninnikov, Iurievi Livonorum 1907, p. 8, 23–24: *τὴν γλῶτταν πεδηθείς.*

argueret, quod his versibus adulescentes omnia facinora, furta, fraudes, sacrilegia quaestus parandi causa audenda esse doceret[1]. Apud Libanium autem Socratis defensor illis versibus utitur, ut poetas non semper recta aut iusta suadere, Socratem igitur merito poetarum carmina vituperavisse demonstret.

§§ 93—94, p. 66, 6—67, 4 *Οὐκ ὀρθῶς, ὦ νέοι, πεποίηκεν Ὅμηρος ἐν Ἰλιάδι τοὺς μὲν τοῦ δήμου τυπτομένους ὑπ' Ὀδυσσέως, ὅτ' ἀπολλεῖν ὥρμητο, τοὺς δ' ἐν τέλει λόγοις κατεχομένους καὶ τούτοις ἡμέροις κτλ.*

Cf. etiam § 97, p. 68, 13—17.

Socrati igitur, quod versibus illis Homericis *B* 188—206, quibus Ulixes reges verbis vituperans, homines vulgares verberans inducitur, abusus homines humiles ac pauperes opprimendos esse doceret, accusator a Libanio refutatus imputavit. Idem crimen Socrati exprobrat etiam accusator ille apud Xenophontem comm. Socr. I 2, 58: *τὸ δὲ Ὁμήρου ἔφη ὁ κατήγορος πολλάκις αὐτὸν λέγειν, ὅτι Ὀδυσσεὺς . . . κτλ.*

ταῦτα δὴ αὐτὸν ἐξηγεῖσθαι, ὡς ὁ ποιητὴς ἐπαινοίη παίεσθαι τοὺς δημότας καὶ πένητας. — Quod crimen sumptum de versibus illis Homericis ut a Socrate in malam partem adhibitis defensor Socratis Libanianus duplici ratione destruit: Socratem enim § 97, ut homines vulgares male tractandos esse doceret, versus illos Homericos umquam laudavisse negat et §§ 93—94 Homerum, cum viros potentissimos parvam, homines humiles gravem poenam accipientes fingat, non recte iustum definivisse (§ 93, p. 66, 10 *τὸ δίκαιον ὁρίζειν*) vel divisisse (§ 93, p. 67, 1 *διήρει τὸ δίκαιον*), vituperatione igitur dignum esse explicat. Libanius igitur illud accusatoris argumentum, quo ille Socratem Homeri auctoritate ad malas doctrinas propagandas abusum esse criminatus erat, ad refutandum illud crimen adhibuit, quo ille Socrati obiecerat, quod poetarum carmina reprehenderet. Omnino igitur Libanius accusatoris argumenta sumpta de Hesiodi, Pindari, Theognidis, Homeri carminibus ut a Socrate malo consilio adhibitis in suum usum conversa mu-

[1]) Aliter hoc accusatoris argumentum interpretatus est Schanz l. l. p. 43, aliter etiam Joël, Der echte und der Xenophontische Socrates. II 2. Berlin 1901, p. 1135.

tavit; argumentis enim ad Socratem accusandum, quod poetarum versibus ad maleficia docenda abuteretur, ab accusatore excogitatis crimen dissolvit, quo ille Socratem poetarum carmina vituperare insimulaverat.

§ 95, p. 67, 11–14 *μή μοι μηδὲ τὰς ἀδίκους Αὐτολύκου κλοπὰς μηδὲ τὰς ἐπιορκίας Ἑρμοῦ δῶρα ἡγεῖσθε μηδὲ μισθὸν τῶν πολλῶν καὶ κεχαρισμένων θυσιῶν.*

Hoc argumentum pertinens ad Autolyci fraudes ab Homero *τ* 392—398 narratas accusator videtur protulisse, ut Socratem Autolyci fraudes, furta, periuria laudantem adulescentes ad eiusmodi facinora committenda adhortatum esse argueret[1]). Libanius autem defensorem Socratis iudices facit monentem, ne Autolyci scelera Mercurii dona esse putent, ne igitur Homeri impiam de Mercurio doctrinam veram esse credant; dignum igitur esse Homerum qui reprehendatur defensor Socratis apud Libanium ostendit. Rursus igitur Libanius accusatoris argumentum ad Socratem accusandum inventum ad illum defendendum vertit[2]).

§ 105, p. 72, 8–11 *τί οὖν ἠδίκει Σωκράτης ἢ Μέλανθος ὡς ἐνίκησε λέγων, . . . ἢ τὸν Ὀδυσσέα φάσκων ἐπὶ τῇ τοῦ Παλλαδίου τιμηθῆναι κλοπῇ.*

§ 123, p. 83, 1–3 *ἔφασκεν Ὀδυσσέα διὰ τὴν ἱεροσυλίαν τὰ καὶ τὰ πεπονθέναι, τὰ μὲν ἐν γῇ, τὰ δὲ καὶ ἐν θαλάττῃ, καὶ τὰ μὲν ἐν τῇ κομιδῇ, τὰ δὲ οἴκοι.*

Quibus ex verbis Libanianis accusatorem sequitur Socrati exprobravisse, quod adulescentes ad fraudandum adhortaturus Melanthum propter victoriam de Xantho, Boeotorum rege, mendacio reportatam praedicaret, et quod, ut sacrilegia doceret, Ulixem ob Palladii raptum laudibus efferret[3]). Ac priore quidem argumento accusator narrationem illam de Melantho Atheniensi certamine singulari pro Thymoeta rege suspecto Xanthum Boeotorum regem dolo vincenti a multis auctoribus veteribus

---

[1]) Cf. Schanz l. l. p. 43.

[2]) Ad Autolyci furta, quae in proverbium abierunt, Libanius etiam alludit in ep. 49: *τοῦ τε γὰρ Εὐρυβάτου τὸ πονηρεύεσθαι, τοῦ τε Αὐτολύκου τὸ κλέπτειν,* nec non Themistius or. XXI 251 c: *ὥσπερ ὁ Αὐτόλυκος τὰ φώρια, τὰ αὐτὰ πανιαχοῦ ξυμπεριφέρει.*

[3]) Cf. Schanz l. l. p. 44.

traditam[1]) commemoraverat, ex quibus commentatorem Platonis, schol. Tim. 21 B attulisse satis sit: Ἀπατούρια ἑορτὴ Ἀθήνησιν εἰς Διόνυσον ἐκ τοῦδε· Μελάνθιος ἀντὶ Θυμοίτου τοῦ βασιλέως Ἀθηναίων Ξάνθῳ μονομαχῶν τῷ Βοιωτῷ ἠπάτησεν αὐτὸν κτλ. (Platonis opera rec. Baiter-Orelli-Winckelmann, Turici 1839, p. 947, 16–24; eadem fere narrantur schol. Plat. symp. 208 D l. l. p. 960, 16–38.) Altero vero argumento sumpto de Ulixe Palladium rapienti accusator eam fabulam respexerat, qua Ulixem solum Palladium ex arce Troiana abstulisse cum alii auctores narrant tum Antisthenes in declamatione Αἴας inscripta §§ 3, 6 et in declamatione Ὀδυσσεύς[2]) inscripta §§ 3, 4, 8 (Oratt. Att. rec. Baiter-Sauppe II, Turici 1850, p. 167—169). Hanc fabulae versionem, qua Ulixes solus simulacrum Minervae rapuisse traditur, ex Ionis fabula Φρουροί inscripta fluxisse Fernand Chavannes[3]) probabiliter opinatur.

§ 107, p. 73, 7–9 ὁ δὲ Θυέστης καὶ τὸ τοὺς Ἕλληνας ὑπὸ τῶν ὑμετέρων ἐξηπατῆσθαι πατέρων ἐμβέβληται παρὰ τῆς Ἀνύτου πονηρίας.

Accusator igitur Socrati obiecerat, quod non solum Ulixem et Melanthum hostes decipientes sed etiam Thyestem et Atheniensium fraudem in ceteros Graecos admissam laudans fraudes aliaque eiusmodi facinora erga propinquos et affines committenda doceret. Ac Thyestem accusator commemorans cogitavit de fabula illa, qua Thyestem Atreo fratri agnum vellere aureo ornatum, signum regni, auxilio Aëropes, Atrei uxoris, verbis dolosis pellectae, usum furto subduxisse poetae veteres tradiderunt[4]), ex quibus Euripidem El. 718—723 in memoriam revocavisse satis sit. Altero autem argumento sumpto de Graecis ab Atheniensibus deceptis accusatori obversatus est dolus ille, quo Themistocles Atheniensis ante pugnam Sala-

[1]) Cf. Roscher, Ausführliches Lexikon der griech. und röm. Mythologie II 2, Leipzig 1894—1897, s. v. Melanthus, p. 2583. — Libanius ipse Melanthi mentionem facit etiam in vita sua, Βίος ἢ περὶ τῆς ἑαυτοῦ τύχης, § 73, I p. 119, 17 sq. F.

[2]) Has declamationes a nonnullis abiudicatas Antistheni gravibus argumentis retribuit Ioël l. l. II 1, p. 300—302.

[3]) De Palladii raptu, diss. Berolini 1891, p. 55.

[4]) Cf. Roscher l. l. I s. v. Atreus p. 713.

miniam, cum Xerxem, regem Persarum, ut classem Graecam cingeret, commovisset, Graecos coegit, ut pugnam navalem cum Persis inire auderent; quam rem [1]) narrat Herodotus VIII 75—84.

Primordia totius criminis illius, quo Socrates scelera gravissima docuisse arguitur, inveniuntur apud Aristophanem, qui nub. 177—179, 1498 primus Socratem ut furtorum magistrum irrisit. At accusatores iudiciarios facinora illa capitalia ab accusatore Libaniano imputata Socrati non obiecisse aperte testatur Xenophon apol. 25: *ἐφ' οἷς γε μὴν ἔργοις κεῖται θάνατος ἢ ζημία, ἱεροσυλίᾳ, τοιχωρυχίᾳ, ἀνδραποδίσει, πόλεως προδοσίᾳ, οὐδ' αὐτοὶ οἱ ἀντίδικοι τούτων πρᾶξαί τι κατ' ἐμοῦ φασιν.* Atque omnino Socratem eiusmodi maleficia umquam commisisse aut ad illa alios adduxisse negat Xenophon comm. Socr. I 2, 62—63: *κατὰ γὰρ τοὺς νόμους, ἐάν τις φανερὸς γένηται κλέπτων ἢ . . . ἢ ἱεροσυλῶν, τούτοις θάνατός ἐστιν ἡ ζημία· ὧν ἐκεῖνος πάντων ἀνθρώπων πλεῖστον ἀπεῖχεν κτλ.* Quo loco Xenophon eandem Socratis accusationem quam Libanius videtur repellere. In apologia autem Socratis Xenophontem illam accusationem respexisse, id quod Beyschlag l. l. p. 12—14 opinatur, non est existimandum; ille enim apol. 25 generaliter modo nonnulla exempla scelerum morte piandorum affert non aliter ac Plato Pol. I 344 B, IV 443 A, IX 575 B.

VI. Sextum accusationis caput: Socratis vitia clandestina graviora sunt apertis.

§ 37, p. 34, 7—9 *μᾶλλον ἄν τις αὐτῷ τὸ τὰ πλήθη διώκειν ἐπ' αἰτίαν ἤγαγεν ἢ τὸ τοῖς νέοις οὐδενὸς παρόντος ὁμιλεῖν.*

§ 117, p. 79, 6—7 *φησὶν αὐτὸν φεύγειν μὲν τοὺς ἄνδρας, θηρεύειν δὲ τὴν νεότητα.*

Cf. etiam § 114, p. 77, 12—16.

---

[1]) Eundem Themistoclis dolum Libanius etiam in declamatione *ὁ Νεοκλῆς* inscripta commemorat: *ἀλλὰ τὴν μεγάλην ταύτην καὶ θαυμαστὴν ναυμαχίαν, πῶς συνήγαγες; ἆρ' ἐκόντων Ἑλλήνων καὶ βουλομένων συμπλέκεσθαι; καὶ μὴν ἐδέδοκτο φεύγειν καὶ ζητεῖν αἰσχρὰν σωτηρίαν, ἀλλ' ὅμως ταῦτα ἐγνωκότας ἔδειξας ἐξαίφνης ἐν μέσῳ τῶν βαρβάρων κτλ.* rec. Reiske IV p. 378, 25—379, 2 (= t. V p. 467 sq. ed. Foerster).

Hoc crimen, quo Socrates cum pueris vel adulescentibus locis secretis vitia turpissima factitavisse apud Libanium arguitur, neque Aristophanes neque accusatores iudiciarii ei inferre ausi sunt; nec magis illud opprobrium accusator ille Xenophonteus Socrati obicit. Itaque Schanz l. l. p. 45 hoc accusandi caput nulli criminum e Xenophontis comm. Socr. I 2, 9–61 promptorum subiungere potuit. At posterioribus saeculis Socrati libidinem et res venereas in adulescentulos admissas opprobrio dederunt Lucianus[1]) v. h. II 19, Philostratus ep. 7 (epistologr. Gr. rec. Hercher p. 469), auctor fabulae illius Romanensis[2]), quae inscribitur Clementina V 18 (ed. de Lagarde p. 69, 8–13), et ex auctoribus Christianis Socratem aggressis Tertullianus apolog. 46, Cyrillus c. Iulian. VI 186 D—187 A[3]).

VII. Septimum accusationis caput: Socrates cives reddit inertes.

§ 13, p. 20, 15—21, 2 *Σωκράτην ... διδάσκαλον γενόμενον ... ἀργίας.*

§ 127, p. 84, 18 *ἀργούς, φησίν, ἐποίει Σωκράτης.*

1. Socrates cives cum ab aliis quaestibus tum ab agricultura abducit.

§ 129, p. 86, 12–15 *εἰ δ' οἷς οἰκέται πολλοί, καὶ σὺ δὲ τοῦτο ὡμολόγηκας, Ἄνυτε, πλησιάζειν Σωκράτει λέγων οὐ τοὺς ταπεινοτάτους, πῶς ἄπορον ἐποίει τὴν χώραν καὶ τὴν γῆν ἀπεστέρει γεωργῶν;*

Cf. § 132, p. 88, 16.

2. Socrates rei publicae gerendae non interest aliosque a re publica administranda avertit.

§ 133, p. 89, 9–10 *οὐ λέγει πατρίων ... οὗτος ἀργῶν Ἀθήνησι διαγέγονεν.*

---

[1]) Cf. Geffcken l. l. p. 42.

[2]) Cf. ib. p. 43.

[3]) De libidine videtur etiam cogitavisse duas malas naturas Socratis commemorans auct. decl. II, § 4, p. 129, 1–2 *δύο (ἰδίων F.) μὲν φύσεων πονηρῶν ὡς οἷόν τε ἦν κρείττων γενόμενος.*

3. Socrates pecuniae quaestu spreto pauperrimus vectigalibus non pensitatis rei publicae nihil prodest.

§ 52, p. 43, 13 *τῶν εἰσφερόντων οὐκ ἔστιν.*

§ 134, p. 89, 16—90, 6 *τραπεζίτης γὰρ οὐκ ἔστι . . . ἀδικεῖ. σὺ δ' ὅτι μὲν οὐκ εὐπορεῖ, μέμφῃ, . . .; . . . τοῦτον . . . πενόμενον . . . ἀδικεῖν λέγεις;*

Primus Socrati ut viro languori et desidiae dedito illusit Aristophanes nub. 316, 334 et ran. 1498. Tum accusatores iudiciarios Socratem, quod civis piger minimeque rei publicae utilis esset, arguisse inde mihi sequi videtur, quod Plato apol. 28 E — 34 B maxime operam dat, ut eum civem domi militiaeque optimum civitatique utilissimum fuisse ostendat[1]). Apud Xenophontem in comm. Socr. hoc crimen Socrati obiectum non reperitur; qua de causa Schanz l. l. p. 37 id in argumentis ad primum accusationis caput spectantibus ponit; at eum illud cum crimine sumpto de statu rei publicae populari ut a Socrate impugnato non recte coniunxisse inde apparet, quod accusator Libanianus hoc crimen, quod continetur inertia a Socrate propagata, argumentis non modo ad rem publicam sed etiam ad vitam privatam pertinentibus confirmavit. Nec rectius Gercke l. l. p. XLV cum crimine pigritiae copulat illud Socratis obtrectatorum argumentum, quo adulescentes *ἀπορεῖν ποιεῖν* insimulatur; quam interpretandi rationem accipiendam non esse inde efficitur, quod illud argumentum ab accusatore Libaniano omnino non prolatum esse videtur (cf. supra p. 9), et quod Plato Gorg. 522 B illud aperte cum crimine sumpto de adulescentibus a Socrate corruptis componit.

VIII. Octavum accusationis caput: Socrates Alcibiadis et Critiae magister fuit.

§ 136, p. 90, 15—91, 1 *πονηρῶν δέ, ὦ ἄνδρες, ἔργων διδάσκαλον*[2]) *⟨αὐτὸν⟩ Ἄνυτος καλῶν καὶ φάσκων ὑμῖν ὑπ' αὐτοῦ διεφθάρθαι τοὺς νέους οὐκ ἔσχε πλὴν Ἀλκιβιάδου καὶ Κριτίου μνησθῆναι.*

---

[1]) Cf. Menzel l. l. p. 40—41.

[2]) Sic scribit Foerster; melior mihi tamen plurimorum codicum lectio

§ 35, p. 33, 10–12 *ἀνδρῶν τεθνεώτων ἐμέμνησο φάσκων ὑπὸ μὲν ἐκείνων κακῶς πεπονθέναι τὴν πόλιν, αὐτοὺς δὲ ὑπὸ τούτων διεφθάρθαι.*

§ 148, p. 99, 5–6 *Κριτίας ἔλυσε τὸν δῆμον ... ὑμᾶς ἀφείλετο τὴν παρρησίαν.*

Cf. § 150, p. 100, 6.

Alcibiadem Critiamque verisimile est fuisse inter eos Socratis amicos, quos ut homines a Socrate perditos civesque pessimos factos ab accusatoribus iudiciariis prolatos esse testatur Plato apol. 33 A *οὓς οἱ διαβάλλοντες ἐμέ φασιν ἐμοὺς μαθητὰς εἶναι.* Tum Socrati, quod Alcibiades et Critias, familiares eius, rei publicae plurima mala intulerint, opprobrio vertit *ὁ κατήγορος* apud Xenophontem comm. Socr. I 2, 12 *ἀλλὰ Σωκράτει γ', ἔφη ὁ κατήγορος, ὁμιλητὰ γενομένω Κριτίας τε καὶ Ἀλκιβιάδης πλεῖστα κακὰ τὴν πόλιν ἐποιησάτην κτλ.* Hoc crimen Socrati ab accusatore quodam obiectum repetunt et Aelius Aristides in altera *περὶ ῥητορικῆς* oratione: *ἐνθυμοῦμαι δ' ἔγωγε πῶς ἀνέχεσθαι χρὴ ὅτ' Ἀλκιβιάδην μὲν καὶ Κριτίαν Σωκράτει συγγενομένους ... κτλ.* (rec. Dindorf II p. 111) et ex auctoribus Christianis in Socratem invectis Lactantius inst. div. III 19, 25.

IX. Nonum accusationis caput: Socrates est sophista.

§ 5, p. 16, 15 *ὡς ... εἴη δεινὸς λέγειν.*

§ 52, p. 43, 12 *σοφιστὴς καλεῖται.*

Primus Socratem ut sophistam in dicendi arte versutissimum depinxit Aristophanes nub. 94—118, 239, 260, 317—318, 331—333, 358—363, 424, 431—432, 486, 649—651, 657—659, 740—792, 1106, 1111, 1150—1153. Omnino Socratem a plurimis Atheniensibus aequiperatum esse sophistis testatur Plato apol. 23 D, atque etiam in iudicio Meletum eum pro Anaxagora Clazomenio sumpsisse narrat idem Plato apol. 26 D. Imprimis autem Socratem, quod artis oratoriae peritissimus esset, ut accusatorem Libanianum ita accusatores iudiciarios calumniatos esse commemorat Plato apol. 17 A *ἔλεγον, ὡς χρὴ ὑμᾶς εὐλα-*

videtur: *πονηρὸν δέ, ὦ ἄνδρες, πονηρῶν ἔργων διδάσκαλον.* Sic enim *ἀναδίπλωσις* sive *παλιλλογία* dicendi figura servatur.

βεῖσθαι, μὴ ὑπ' ἐμοῦ ἐξαπατηθῆτε ὡς δεινοῦ ὄντος λέγειν. Posterioribus vero temporibus Socrati, quod in arte oratoria acerrimus ac promptissimus esset, exprobravit Idomeneus Lampsacenus apud Diog. L. II 19 *ἦν γὰρ καὶ ἐν τοῖς ῥητορικοῖς δεινός, ὥς φησι καὶ Ἰδομενεύς* et Favorinus l. l. (cf. supra p. 5).

1. Athenienses plurimos sophistas gravissimis poenis affecerunt.

§ 153, p. 102, 13–15 *λέγει*[1]) *τοίνυν τὴν πρὸς τοὺς σοφιστὰς ὑμῶν ὀργήν, τὸν Ἀναξαγόραν, τὸν Πρωταγόραν, τὸν Διαγόραν.*

§ 157, p. 105, 4–9 *Δάμων δέ, εἰ μὲν ἠδίκει, καλῶς ἐκβέβληται· ... φησὶν ἐπ' ἐλάττοσιν αἰτίαις ἐξελαθῆναι τὸν Δάμωνα, ἔτι δὲ μηδὲ ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν αἰτίαν τοῦ καταλύειν τὸν δῆμον λαβεῖν, ὥσπερ τὸν νυνὶ κρινόμενον.*

2. Viri sophistarum consuetudine non usi cives optime de re publica meriti facti sunt.

§ 73, p. 55, 3–4 *ἐπαινῶν Θησέα τοῦ τῆς ἀρχῆς ἣν εἶχεν ἀποστῆναι.*

§ 152, p. 101, 16 — 102, 1 *Θησεὺς μὲν συνῴκισε τὴν πόλιν καὶ τὴν ἀρχὴν ἣν εἶχεν ἀφῆκε, Σόλων δὲ Σαλαμῖνά τε προσηγάγετο καὶ χρεῶν ἀποκοπὰς εἰσηγήσατο καὶ ταῦτα πέντε*[2]) *ταλάντων ὀφειλομένων αὐτῷ.*

§ 155, p. 104, 1–3 *καὶ διεξῄει τοὺς τοῖς σοφισταῖς οὐ συγγενομένους ὡς ἀγαθοὺς ἄνδρας γεγενημένους, τὸν Μιλτιάδην, τὸν Θεμιστοκλέα, τὸν Ἀριστείδην.*

§ 160, p. 106, 11–12 *οὓς δὴ καὶ περὶ Θρασυβούλου καὶ Κόνωνος κτλ.*

Idem argumentum, quod accusator Socratis apud Libanium, in sophistarum disciplinam imminuendam adhibet Isocrates or. XIII 14 *ἡγοῦμαι πάντας ἄν μοι τοὺς εὖ φρονοῦντας συνειπεῖν, ὅτι πολλοὶ μὲν τῶν φιλοσοφησάντων ἰδιῶται διετέλεσαν ὄντες, ἄλλοι δέ τινες οὐδενὶ πώποτε συγγενόμενοι τῶν σοφιστῶν καὶ λέγειν καὶ πολιτεύεσθαι δεινοὶ γεγόνασιν.*

---

[1]) Sic scribunt codd.; Foerster in textu ponit *λεγέτω*.

[2]) *ἑπτὰ* scribendum esse censet Duemmler, Herm. 27, 261 [2].

3. Sophistae civitatibus saepe sunt perniciei.

§ 101, p. 70, 13–15 *Ἄνυτος . . . καταιολμῶν τῶν μεγίστην δόξαν ἐχόντων ἐπὶ σοφίᾳ.*

§ 134, p. 90, 3–4 *Λακεδαιμονίους μὲν ἄριστα πολιτεύεσθαι νομίζεις οὐ φύντος αὐτόθι σοφιστοῦ.*

§ 158, p. 105, 13–19 *τίς οὐκ ἂν στενάξειε Βίαντος κακῶς ἀκούοντος . . . καὶ μετὰ Βίαντος πολλῶν ἑτέρων δι' οὓς σεμνὴ γέγονεν ἡ Ἰωνία; οὐ διὰ Μέλισσον καὶ Θαλῆν καὶ Πυθαγόραν ἤρχθησάν τε καὶ ἐστασίασαν οἱ τὰς πόλεις ἔχοντες.*

Praeter haec crimina et argumenta ex accusatione quadam Socratis a Libanio prompta in declamatione eius etiam nonnullae aliae res ab accusatore prolatae inveniuntur, quae cum singulis accusandi capitibus certo coniungi non possunt:

§ 1, p. 13, 2–4 *πείθων ὑμᾶς ὡς ἀνάγκη κακῶς οἰκεῖσθαι τὴν πόλιν μὴ τούτου δόντος δίκην.*

§ 2, p. 14, 15–16 *ἡμᾶς δέ, οὓς λυπεῖν ὡμολόγηκεν Ἄνυτος τοῖς κατὰ Σωκράτους λόγοις.*

§ 14, p. 21, 10–12 *οὐκ ἐξενεχθεὶς ἐπὶ τὰ χείρω καὶ βουληθεὶς γενέσθαι κάκιστος, ὥς οὗτοί φασιν.*

§ 50, p. 42, 8 *τὸν φάσκοντα τῶν νόμων φροντίζειν.*

§ 52, p. 43, 12–13 *πολλοῖς προσκέκρουκε. κεκωμῴδηται.*

§ 88, p. 63, 8–10 *ἤρκει μὲν ⟨ἂν⟩ αὐτὰ τὰ παρὰ τοῦ διώκοντος εἰς τὴν ἀπολογίαν ἡμῖν, ὁ Λάμπρος, ὁ Φειδίας.*

Cum igitur in Libanii apologia Socratis tantus variorum argumentorum numerus ac tot crimina Socrati obiecta, quae tres illi accusatores in iudicio aut aliter (cf. supra p. 7–8) aut omnino non protulerunt (cf. s. p. 6–7, 15), afferantur, rhetorem Antiochenum illa crimina aut argumenta ex illa accusatione iudiciaria non prompsisse patet et ex libello quodam in Socratem scripto hausisse verisimillimum est. At, cum nonnulla crimina, 1) primam partem primi accusationis capitis, 2) tertium accusationis caput, 3) alteram partem quarti, 4) duo argumenta ad explicandum quintum adhibita, 5) octavum etiam apud Xenophontem *ὁ κατήγορος* Socrati imputet, Libanium haec crimina et argumenta ex illis locis Xenophonteis mutuatum esse facile

quispiam dicat[1]). Quam opinionem veram esse non posse cum vel inde verisimile est, quod cetera crimina et accusatoris argumenta a Libanio allata apud Xenophontem non exstant, tum ex criminibus et Libanio et Xenophonti communibus atque ex argumentis ab utroque auctore ad illa refutanda usurpatis inter se comparatis apparebit.

Ac primum quidem crimen, quo Socrates cum cives tum adulescentes leges civitatis contemnere docuisse arguitur, Libanium e Xenophontis comm. Socr. I 2, 9 non delibavisse vel ea re efficitur, quod illud crimen apud Libanium pars modo est amplioris accusandi capitis de imperio populari ut a Socrate impugnato sumpti, quod, cum neque ipsum neque partes eius ceterae atque graviores apud Xenophontem inveniantur, ex alia quadam Socratis accusatione fluxisse necesse est. Tum locum illum Xenophonteum Libanio hoc crimen non suppeditavisse inde sequitur, quod etsi nonnullae locutiones Libanianae cum Xenophonteis congruunt, ut:

Libanianae:	Xenophonteae:
§ 13, p. 21, 2 ὑπεροψίας τῶν νόμων	I 2, 9 ὑπερορᾶν .... τῶν καθεστώτων νόμων
§ 165, p. 109, 10 ὑπερορᾶν τῶν νόμων	
§ 49, p. 41, 10–11 καταφρονεῖν ... τῶν νόμων	I 2, 9 καταφρονεῖν τῆς καθεστώσης πολιτείας
§ 116, p. 78, 16–17 καταφρονεῖσθαι τοὺς νόμους καὶ κινεῖσθαι τὴν πολιτείαν	

tamen accusatorem a Libanio refutatum illud crimen etiam aliis verbis circumscripsisse e ceteris locis Libanianis supra p. 5 allatis intellegitur. Imprimis vero Libanium crimen illud loco illi Xenophonteo non debere ex hac re apparet, quod in hoc crimine refutando a Xenophonte summopere discedit; Xenophon enim hoc accusatoris crimen duobus argumentis[2]) refellit, priore

---

[1]) Cf. Y. H. Rogge, Libanii apologia Socratis. Amstelodami 1891, p. 7—8.

[2]) Verba inde ab ἐγὼ δ' οἶμαι usque ad πειθομένῳ χρῆσθαι ab interpolatore graviter corrupta esse sine causa sufficienti censet Hartmann, Analecta Xenophontea, Lugduni Batavorum et Lipsiae 1887, p. 124.

I 2, 10, quod viri prudentes ac se idoneos esse rati, qui cives utilia doceant, minime ad vim descendunt, cum violentiae inimicitias ac pericula adhaerere, persuadendo autem easdem res sine periculis atque cum amicitiis effici posse sciant, altero I 2, 11, quod homini vim ceteris inferre conato multis opus est sociis, nullis autem ei, qui persuadere potest; minime enim est, cur huiusmodi viri necem adhibeant. Libanius autem crimen illud attinens ad Socratem ut magistrum contemptionis legum, quamquam illud simul cum toto accusationis capite primo §§ 47—61, p. 40, 4 — 48, 6 repellit, tamen etiam tribus argumentis peculiaribus plane aliis ac Xenophon refutat: primo § 80, p. 58, 10—59, 3, quod nemo Athenis per tot annos Socratem reum fecit, altero §§ 80—83, p. 59, 4—60, 18, quod leges non bonas abolere per leges ipsas licet, tertio § 84, p. 60, 19 — 61, 6, quod ex Socratis de legibus sermonibus nullum rei publicae damnum ortum est. Universum autem illud primum accusandi caput, accusationem perduellionis, Libanius, etiamsi in uno argumento ad hanc incusationem repellendam usurpato, § 48, p. 41, 4—6 *ῥᾳδίως γ' ἂν ὁ ἄνθρωπος ἐμισθοδότησε δορυφόρους καὶ ξενικὸν συνεστήσατο καὶ πολλοὺς οἰκέτας ὥπλισεν*, similes sententias profert ac Xenophon comm. Socr. I 2, 11 *ἀλλὰ μὴν καὶ συμμάχων ὁ μὲν βιάζεσθαι τολμῶν δέοιτ' ἂν οὐκ ὀλίγων*, tamen ceteroquin crimen illud omnino quattuor argumentis rursus plane aliis ac Xenophon dissolvit: primo §§ 34—46, p. 32, 13 — 40, 3, quod Socratem usque ad vitae annum septuagesimum nullus accusator in ius vocavit; altero §§ 47—48, p. 40, 4 — 41, 6, quod amentiae est in virum per totam vitam locis publicis de rebus quibuslibet philosophatum easdem accusationes quas in rhetores ac viros potentes in re publica versatos intendere; tertio §§ 49—52, p. 41, 7—43, 17, quod non solus Socrates, sed etiam adulescentes ab eo corrupti accusandi sunt; quarto §§ 53—61, p. 43, 18 — 48, 6, quod neque colloquia Socratis neque res ab eo factae ulla documenta ad accusationem illam demonstrandam praebent. Libanium igitur crimen quod continetur legum contemptu ut a Socrate propagato, cum et plane aliis atque Xenophon illud refutet argumentis et e parte aliis exprimat verbis et modo ut membrum quoddam gravioris atque amplioris incusationis proferat, ex loco illo Xenophonteo non sumpsisse iam satis videtur patere.

Nec magis Libanium tertium accusationis caput ex adulescentibus a Socrate depravatis promptum, quod etiam apud Xenophontem l. l. (cf. supra p. 9) ὁ κατήγορος in Socratem profert, ex his locis Xenophonteis hausisse inde apparet, quod cum in criminis et materie et forma tum in illo redarguendo minime cum Xenophonte consentit. Quamquam enim et apud Libanium et apud Xenophontem Socrates patrum aliorumque cognatorum auctoritatem apud adulescentes imminuisse arguitur, tamen et in re et in verbis inter utrumque auctorem complures exstant differentiae: primum quod

apud Libanium adulescentes Socratem patribus praeferunt,	apud Xenophontem adulescentes prae Socrate pro sapientissimo habito patres ceterosque homines nihili putant,
§ 102, p. 70, 17—71, 1 νέοι δὲ πατέρων τε πρότερον ἄγοντες ἐκεῖνον	I 2, 49 πείθων μὲν τοὺς συνόντας ἑαυτῷ σοφωτέρους ποιεῖν τῶν πατέρων, I 2, 52 ἀναπείθοντα οὖν τοὺς νέους αὐτὸν ὡς αὐτὸς εἴη σοφώτατός τε καὶ ἄλλους ἱκανώτατος ποιῆσαι σοφούς· οὕτω διατιθέναι τοὺς ἑαυτῷ συνόντας ὥστε μηδαμοῦ παρ' αὐτοῖς τοὺς ἄλλους εἶναι πρὸς αὐτόν.

tum quod

apud Libanium adulescentes a Socrate adducti fratres natu maiores despiciunt,	apud Xenophontem Socrates apud adulescentes omnes ceteros consanguineos parvi aestimatos reddit,
§ 102, p. 71, 1–2 πρεσβυτέρων ἀδελφῶν ὑπερορῶντες § 102, p. 71, 5–6 ἀδελφοὶ καταφρονούμενοι	I 2, 51 οὐ μόνον τοὺς πατέρας ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους συγγενεῖς ἐποίει ἐν ἀτιμίᾳ εἶναι παρὰ τοῖς ἑαυτῷ συνοῦσι,

postremo quod

apud Libanium parentes ab adulescentibus a Socrate instructis superbe vexantur	apud Xenophontem adulescentes a Socrate educati patres probrose tractant
§ 102, p. 71, 5 γονεῖς τε ὑβριζόμενοι	I 2, 49 τοὺς πατέρας προπηλακίζειν ἐδίδασκε.

Maior etiam discrepantia inter utrumque auctorem valet in illo accusationis capite refutando. Xenophon enim crimen illud pertinens ad Socratis doctrinam patrum auctoritates diruentem destruit I 2, 50, cum Socratem disquirentem, quantum interesset inter furorem et ignorantiam, furibundos vinciendos, ignorantibus discendum esse arbitratum esse narrat; crimina autem illa cetera, quibus accusator Socrati obiecerat, quod adulescentes in cognatos et in amicos et in omnes homines redderet petulantes, Xenophon dissolvit I 2, 53—55, cum vera consilia sermonum Socratis ab accusatore vituperatorum explicat. Libanianus autem defensor Socratis in illo crimine redarguendo propinquos adulescentium a Socrate corruptorum et Socratem in ius vocatum coercituros, si a suis iniurias accepissent, et adulescentes a consuetudine cum Socrate habita prohibituros fuisse censet §§ 102—103, p. 71, 5–12. Libanium igitur, cum in crimine et verbis definiendo et argumentis refutando a Xenophontis ratione omnino differat, illud crimen e Xenophontis libro non mutuatum esse iam satis esse demonstratum videtur.

Quarti autem accusationis capitis partem alteram Libanium non e Xenophontis comm. Socr. I 2, 56 petivisse vel inde est verisimile, quod ne prior quidem huius accusationis capitis pars, qua accusator Socrati vitio dederat, quod poetarum plurimi aestimatorum carmina vituperaret, e Xenophontis libro profluxit. Hoc igitur crimen Libanius ex ipsa accusatione quadam Socratis videtur hausisse, nec recte Schanz l. l. p. 41–42 Libanium hoc crimen non ex accusatione ulla sumpsisse, sed ipsum, ut locum communem declamationi suae insereret, excogitavisse existimat; quam opinionem rectam non esse cum inde sequitur, quod Libanium crimina libere invenisse non est verisimile, tum inde patet, quod non dubium est, quin Socrates

priorum philosophorum [1]), imprimis Xenophanis Colophonii [2]) et Heracliti Ephesii [3]), et aequalium, velut Protagorae Abderitae [4]) et Hippiae Elei [5]) morem et exemplum secutus poetarum carmina ponderaverit nec non interdum reprehenderit, criminis igitur sumpti de poetis vituperatis facultatem accusatori praebuerit; ac praeterea Socratem poetarum et vetustiorum et aequalium carmina examinavisse nec semper comprobavisse aperte testantur et Xenophon comm. Socr. I 6, 14, I 3, 7 et Plato passim, imprimis: apol. 22 A—C, 28 C—D, Euth. 12 A—C, Prot. 339 E — 348 A, Gorg. 502 C, pol. II 377 C sqq., Phaedr. 229 C. Iure igitur neque Gercke l. l. p. XXXI neque Ioël l. l. II 2, p. 1135 Schanzii opinionem acceperunt. — Alteram vero quarti accusationis capitis partem sumptam de Socrate ut poetarum auctoritate ad malas disciplinas docendas abuso e Xenophontis libro non manavisse aperte etiam ex huius criminis cum exprimendi verbis tum refutandi argumentis ratione apud utrumque auctorem diversa sequitur. Xenophon enim crimen illud duplici ratione repellit, cum altero argumento I 2, 57 et I 2, 59 veram versuum illorum Hesiodei et Homericorum interpretationem a Socrate adhibitam enarrat, altero I 2, 60 Socratem populo amicissimum et humanissimum fuisse demonstrat. Libanius autem, quamquam ipse quoque duas ingreditur criminis illius refellendi vias, tamen a Xenophonte plane discedit; ostendit enim altero argumento § 98, p. 68, $_{19}$ — 69, $_{2}$ accusatorem, cum poetas a Socrate tum vituperatos tum ad vim persuadendi augendam usurpatos esse contendat, sibi non constare, altero §§ 99—101, p. 69, $_{3}$ — 70, $_{17}$ Socrati, cum ab oraculo Apollinis Delphico sapientissimus omnium appellatus esset, poetarum auctoritate non opus fuisse.

---

[1]) Cf. Wendland, Die hellenistisch-römische Kultur in ihren Beziehungen zu Judentum und Christentum, Tübingen 1907, p. 57.

[2]) Cf. Xenophanis frg. 11. 12. ed. Diels, Die Fragm. der Vorsokr. [2], I, Berlin 1906, p. 48, $_{13-19}$.

[3]) Cf. Heracliti frg. 42 ib. p. 68, $_{13-14}$.

[4]) Cf. Plat. Prot. 339 A et testimonia, quae ad hunc locum illustrandum contulit Sauppe, Protagoras [4], Berlin 1884, p. 95.

[5]) Cf. Plat. Prot. 347 A, Hipp. min. 364 C. et Hippiae frg. 6 apud Diels l. l. [2] II 1, p. 584, $_{18-23}$; frg. 9, frg. 18.

Singulos autem versus illos Hesiodeum vel Homericos, quos accusator attulerat, ut Socratem illis ad perniciosas doctrinas propagandas usum esse argueret, Libanium ex allatis locis Xenophonteis non prompsisse cum inde est verisimile, quod ne illa quidem accusatoris argumenta formata ex Pindari et Theognidis versibus ut a Socrate malo consilio adhibitis Xenophon Libanio praebuit, tum inde cognoscitur, quod et Hesiodi et Homeri versus apud Libanium et apud Xenophontem rationibus inter se plane alienis tractantur. Atque versum illum Hesiodi Libanium e Xenophontis loco non accepisse vel ea re ostenditur, quod Socrates versu illo Hesiodeo

apud Libanium certa scelerum exempla, irruptiones et sepulcra profanata, comprobans fingitur,	apud Xenophontem generaliter ad omnia maleficia adhortatus inducitur,
§ 86, p. 62, 2–4 *οὐκοῦν ὁ τοῖχον διορύττων καὶ τάφον ἔχει μάρτυρα σοφὸν ἄνδρα, τὸν Ἡσίοδον, τοῦ μηδὲν ἀδικεῖν.*	I 2. 56 *ὁ ποιητὴς κελεύει μηδενὸς ἔργου μήτ' ἀδίκου μήτ' αἰσχροῦ ἀπέχεσθαι, ἀλλὰ καὶ ταῦτα ποιεῖν ἐπὶ τῷ κέρδει.*

Tum Libanium versum illum Hesiodeum aliunde atque e Xenophontis libro arcessivisse etiam ea re confirmatur, quod defensor Libanianus opprobrium Socrati versu illo ab accusatore illatum a reo ratione plane alia ac Xenophon amolitur. Hic enim Socratem vera versus illius interpretatione Socratica allata crimine illo liberat, cum Socratem versum illum eo modo illustrantem facit, ut omnem laborem bonum, inertiam malam, homines laboriosos utiles atque honestos, inertes noxios ac turpes esse, laboriosos autem modo eos esse qui opera bona faciant, operibus autem malis aut poena dignis velut aleae deditos inertes esse statuat. Defensor autem Libanianus crimen illud, quo Socrates accusatur, quod versu illo Hesiodeo ad facinora gravissima committenda alios adducat, eo modo dissolvit, ut altera versus illius parte neglecta poetam, cum versus parte priore non recta doceat, a Socrate refutatum ac risui traditum esse ostendat. Maxime vero Libanium argumentum illud accusatoris e Xenophontis loco non prompsisse hac ipsa re demonstratur, quod apud Xenophontem Socrates poetae versum

bonum ac rectum esse explicat, ut auctoritas Hesiodi salva maneat, Libanianus autem defensor Socratem poetae auctoritatem atque gloriam iniustam redarguendo destruxisse narrat.

Argumentum autem accusatoris ad versus Homericos pertinens Libanium e Xenophontis commentariis non repetivisse cum vel inde colligi potest, quod accusator Libanianus Socratem ampliore crimine quam Xenophonteus insimulat, quod versibus illis Homericis laudatis hominibus potentibus ac nobilibus parcendum, pauperes vexandos esse, Xenophonteus autem, quod modo humiles ac pauperes verberandos esse docuerit:

Libanianus:	Xenophonteus:
§ 97, p. 68, 15—17 *τῶν μὲν μέγα δυναμένων καὶ λαμπρῶν ἀπέχου, τοὺς δὲ πενεστέρους ἔλαυνε,*	I 2, 58 *ὡς ὁ ποιητὴς ἐπαινοίη παίεσθαι τοὺς δημότας καὶ πένητας,*

tum inde patet, quod apud utrumque auctorem crimen illud rationibus diversis redarguitur. Xenophon enim illud accusatoris argumentum tribus rationibus delet: prima I 2, 59, quod Socrates, quippe qui ipse pauper ac vulgaris fuerit, duris atque crudelibus in homines pauperes doctrinis se ipsum premendum esse existimavisset, altera I 2, 59, quod Socrates versus illos Homericos interpretatus tantum eos, qui neque exercitui neque urbi neque populo prodesse possent, praesertim cum audaces essent, omni modo coercendos esse censuit, tertia I 2, 60, quod Socrates moribus fuit popularibus atque humanis. Defensor autem Libanianus ad crimen illud refellendum duo adhibet argumenta: prius §§ 93—96, p. 66, 6—68, 7, quod Socrates Homerum non recte ius inter homines potentes atque humiles distribuisse, dignum igitur non esse, cuius doctrinae observentur, sermonibus suis demonstrabat, alterum § 97, p. 68, 8—18, quod Socrates versibus illis Homericis ad iniurias, quas docuisse accusator eum arguit, neminem adhortatus est. Libanium igitur accusatoris argumentum nec de versu illo Hesiodeo nec de versibus Homericis promptum e Xenophontis locis hausisse iam satis videtur apertum esse.

Ac ne octavum quidem crimen ad Alcibiadem et Critiam ut a Socrate corruptos spectans, quod Xenophon in criminibus

enumerandis loco affert secundo, Libanium ex huius libro delibavisse inde sequitur, quod in crimine et exprimendo et repellendo ab eo dissentit. Apud Libanium enim § 136, p. 90,15 accusator Socratem Alcibiadis et Critiae magistrum, *διδάσκαλον*, apud Xenophontem I 2, 12 *ὁ κατήγορος* illos Socratis familiares, *ὁμιλητά*, appellat. Magis etiam in argumentis ad hoc crimen dissolvendum adhibitis Libanius a Xenophonte discedit, quamquam nonnulla ei cum illo sunt communia. Xenophon enim illud accusationis caput septem praecipue argumentis refutat: 1) I 2, 13—16, quod Alcibiades et Critias mala indole praediti cum Socrate consuetudinem habebant, non ut meliores, sed ut dicendi et agendi peritissimi ac rei publicae principes fierent; 2) I 2, 17—18, quod Socrates se et consilio et re virum optimum praestitit; 3) I 2, 19—23, quod ex optimis multi moribus mutatis pessimi evadunt[1]); 4) I 2, 24—28, quod Alcibiades et Critias Socratis familiaritate usi probi ac modesti, ab eo remoti impotentes atque effrenati facti sunt, a magistro autem discipulorum, quos bene instruxit, improbitatis ratio non est repetenda; 5) I 2, 29—38, quod Socrates Critiam amoris cupidum vituperavit, Critias tyrannus factus Socratem colloqui vetuit[2]); 6) I 2, 39—47, quod cum Critias tum Alcibiades a prima adulescentia id spectabant, ut rei publicae praeessent[3]); 7) I 2, 48, quod alii Socratis familiares optimi cives facti sunt. Libanius autem, quamquam ex his argumentis tria in suum usum vertit: 1) id, quod magister propter discipulorum nequitiam non est accusandus: §§ 142—147, p. 95,6—99,4 (= Xenophontis argumentum quartum, comm. Socr. I 2, 27—28); 2) quod Socratem triginta tyrannorum dominationem vituperantem, § 72, p. 54,11, § 148, p. 99,12, § 149, p. 100,3—4, Critias colloquiis privavit:

[1]) Totus hic locus I 2, 17—23 a Xenophonte ipso non satis esse perpolitus videtur; Hartmann l. l. p. 124—126 totam hanc partem etsi non ab interpolatore insertam tamen a manu recentiore retractatam esse existimat.

[2]) Hartmann l. l. p. 126—127 totum locum I 2, 29—38 Xenophonti abiudicat, sed argumentis non satis firmis usus est.

[3]) Hunc totum locum I 2, 39—47, cum sententia illo expressa in argumentorum seriem accommodate inserta sit, Hartmann l. l. p. 128 *„a Xenophonte quidem scriptum, sed inepto loco ab interpolatore positum esse"* sine causa sufficienti opinatur.

§ 59, p. 47, 2–4, § 148, p. 99, 6–15 (= Xenophontis argumentum quintum, comm. Socr. I 2, 31—38)[1]); 3) quod non omnes Socratis familiares homines scelesti aut rei publicae perniciosi facti sunt: §§ 150—151, p. 100, 6 — 101, 7 (= Xenophontis argumentum septimum, comm. Socr. I 2, 48), tamen et in his tribus argumentis explicandis et in tota criminis illius refutandi ratione Xenophontem minime sequitur. Omnino enim Libanius quinque affert argumenta ad illud accusationis caput diluendum; ac primo quidem §§ 137—141, p. 91, 10 — 95, 5 Alcibiadem a Critia distinctum summis laudibus praedicat; in altero argumento §§ 142–147, p. 95, 6 — 99, 4, quo culpam pravitatis discipulorum in magistrum transferendam non esse explicat, aliis exemplis sententiisque utitur ac Xenophon comm. Socr. I 2, 27—28; tertium argumentum §§ 148—149, p. 99, 5 — 100, 5 Libanius materiam e Xenophontis argumento quinto, comm. Socr. I 2, 31—38, mutuatus exemplo sumpto de artis gymnasticae et magistris et discipulis victorias inter se gratulantibus auxit, § 149, p. 99, 15–18; quarto argumento §§ 150—151, p. 100, 6 — 101, 7 Libanius in Socratis amicis enumerandis a Xenophonte discedit Hermogenis et Simiae et Cebetis nomina a Xenophonte appellata praetermittens, Platonem et Aeschinem a Xenophonte non nominatos commemorans, alios familiares e Xenophontis commentariorum Socratis locis aliis exhibens:

§ 150, p. 100, 16 *Ἀρίστιππον*	cf. comm. Socr. II 1
§ 150, p. 100, 18 *Λαμπροκλεῖ*	cf. comm. Socr. II 2
§ 150, p. 100, 19 *Χαιρεκράτην*	cf. comm. Socr. II 3
§ 150, p. 101, 1 *Ἀντισθένην*	cf. comm. Socr. II 5
§ 150, p. 101, 2–5 *ἀλλὰ μὴν Γλαύκωνά τε τὸν Ἀρίστωνος καὶ τὸν Γλαύκωνος Χαρμίδην,*	
τὸν μὲν ἐπεγείρας δημηγορεῖν ὀκνοῦντα,	cf. comm. Socr. III 7
τὸν δ' ἐπισχὼν οὔπω δυνάμενον ὠφελεῖν, cf. Liban. apol. Socr. § 133, p. 89, 6–9	cf. comm. Socr. III 6
§ 151 p. 101, 6 *Περικλῆς ὁ Περικλέους.*	cf. comm. Socr. III 5

[1]) Rem illam a Xenophonte memoriae traditam iterant auctor decl. II §§ 16—17, p. 135, 1–12, Diog. L. II 19, Libanius ipse in Demosthenis apologia ed. Reiske IV p. 291, 1–2, Ioannes Chrys., discipulus eius, in libello, qui inscribitur *πρὸς ἄπιστον πατέρα* § 1, Migne 47, 331.

Quinto argumento § 151, p. 101, 7–11 Libanius Socratem in sermonibus nisi virtutes non docuisse explicat; ac singula Socratis de singulis virtutibus colloquia, quamquam etiam a Xenophonte in commentariis enarrantur, Libanius tamen non solum e locis Xenophonteis, sed etiam e dialogis Platonicis noverat: disserit enim Socrates[1])

περὶ δικαιοσύνης § 151, p. 101, 9. apud Platonem imprimis Gorg. 477 C—481 B, pol. I 331 C—354 C, apud Xenophontem comm. Socr. III 9, 5; IV 4, 5—25,

περὶ σωφροσύνης § 151, p. 101, 9, apud Platonem Charm. 157 A—176 D, pol. IV 430 E—432 B, apud Xenophontem comm. Socr. III 9, 4; IV 5, 7,

ὑπὲρ ἀνδρίας § 151, p. 101, 10. apud Platonem Lach. 190 D—201 C, pol. IV 429 A—430 C, apud Xenophontem comm. Socr. IV 6, 10—11,

περὶ μαντικῆς § 151, p. 101, 10–11, apud Platonem Lach. 198 E, Phaedr. 244 A—245 A, apud Xenophontem comm. Socr. IV 3, 12; IV 7, 10.

Libanium igitur, cum in crimine illo sumpto de Alcibiade et Critia ut de Socratis discipulis neque exprimendo neque redarguendo Xenophontem sequatur, crimen illud ex eius libro non hausisse iam satis manifestum videtur esse, etiamsi rhetorem Antiochenum Xenophontis commentarios Socratis lectitasse est concedendum. Cum igitur Libanium nullum crimen e Xenophontis libris sumpsisse constet, restat ut eum et haec crimina, quae ei cum Xenophonte sint communia, et illa a Xenophonte non commemorata in accusatione quadam in Socratem scripta repperisse existimemus, atque cum crimina apud Xenophontem exstantia in Libanii apologia Socratis rursus occurrant e Xenophontis commentariis non prompta, accusationem a Libanio refutatam et illam, e qua Xenophon nonnulla crimina sibi refellenda elegerit, unam eandemque esse apertum est. Atque cum accusatio a Libanio dissoluta illa iudiciaria omnino esse non possit cumque per omnia antiquitatis tempora, quantum scimus, unus exstiterit peculiaris libellus accusatorius in Socra-

[1]) Ad eosdem Socratis de virtutibus sermones Libanius etiam § 174, p. 114, 13–15 alludit et decl. II § 25, p. 139, 14–16.

tem scriptus, Polycratis ἡ κατηγορία Σωκράτους[1]), facere non possumus quin Libanium apologia Socratis crimina a rhetore illo Atheniensi, Isocratis aemulo, in Socratem excogitata redarguere putemus. Atque etiam τὸν κατήγορον apud Xenophontem comm. Socr. I 2, 9. 12. 26. 49. 51. 56. 58 commemoratum neminem alium nisi Polycratem esse promptum est; quod primus Cobet l. l. p. 661—681 pronuntiavit atque gravibus argumentis evicit, L. Dindorf[2]) novis confirmavit; sed cum Xenophontem Polycratis libello edito ad commentarios Socratis contra illam accusationem scribendos commotum totosque commentarios *„ad redarguendam Polycratis κατηγορίαν Σωκράτους a Xenophonte compositos esse et editos"* Cobet l. l. p. 662 censuisset, hanc eius opinionem falsam Buechsenschuetz l. l. p. 691—695, Breitenbach l. l. t. 99 p. 801—815 — cuius impetus in Cobeti sententiam factos C. Schenkl l. l. p. 3—13 repellere studuit, quamquam ei non persuasit[3]) — Roquette[4]), Blass[5]) iure improbaverunt, sed Polycratis accusationem Socratis a Xenophonte in commentariis omnino non respectam esse perperam arbitrati sunt. Illam autem Cobeti sententiam coercitam, quam primus Hartmann l. l. p. 105—113 et p. 154 n. ita definivit, ut commentarios Socratis non totos contra Polycratem scriptos atque editos esse, sed nonnulla Polycratis crimina a Xenophonte comm. Socr. I 2 refutari declararet, vix quisquam est qui abnuat[6]).

---

[1]) Fragmenta exstant apud Baiter et Sauppe, Oratt. Att. II p. 222.

[2]) Xenophontis memorabilia Socratis. Accedit Anonymi apologia Socratis. Ex recensione et cum annotationibus L. Dindorfii, Oxonii 1862, praef. p. XXI—XXIV.

[3]) Cf. Jahrb. f. klass. Phil. t. 115 p. 455—461 et Xenophons Memorabilien, erkl. von L. B.[5], Berlin 1878, Einl. p. 8—10.

[4]) De Xenophontis vita, diss. Regimonti Borussorum 1884, p. 67—71.

[5]) Die attische Beredsamkeit[2], Leipzig 1892, II p. 368.

[6]) Historiam quaestionis illius ad Polycratis κατηγορίαν Σωκράτους et Xenophontis commentarios Socratis pertinentis usque ad annum 1890 breviter enarravit Grillnberger, Zeitschrift für die österreichischen Gymnasien, t. 41, Wien 1890, p. 1—2. Post illum ipsum Cobeti sententiae astipulatum p. 2—15, imprimis Ioël l. l. I, Berlin 1893, p. 19 n., Schanz l. l. p. 23—27, Hirzel, Der Dialog, Leipzig 1895, I p. 142—143, Cobeti opinionem defenderunt. Contra Poehlmann, Socrates und sein Volk. Ein Beitrag zur Geschichte der Lehrfreiheit. Historische Bibliothek VIII, München u. Leipzig 1899, p. 100[4], non dubitat quin ὁ κατήγορος Xenophonteus orator accusati-

Ac ne omnia argumenta aut pro hac sententia aut contra eam prolata denuo disquiram, cum Polycratis accusationem Socratis a Libanio apologia Socratis refutatam esse demonstrabimus, simul etiam Xenophontem comm. Socr. I 2, 9—63 nonnulla crimina Polycratis electa refellere novo argumento communiemus.

Ac primus Libanii apologia Socratem a criminibus Polycrateis defendi L. Dindorf l. l. p. XXIV contendit, atque quamquam eius argumenta neque Breitenbachio l. l. t. 99 p. 812 neque Schenkelio l. l. p. 9 n. persuaserunt, tamen Cobet[1]), Foerster[2]) multi alii viri docti excepto Roggio l. l. p. 8 dubitare noluerunt, quin in Libanii declamatione Polycratis ἡ κατηγορία Σωκράτους refutetur, atque Hirzel[3]) Dindorfii opinionem novis argumentis dilucide confirmavit. Sed adhuc lis est inter viros doctos, utrum ipsam Polycratis declamationem Libanius legerit atque ex ipsa crimina et argumenta prompserit, an solum refutationem aliquam denuo pertractaverit novisque argumentis auxerit. Etenim Dindorf l. l. p. XXIV, Foerster[4]), Gomperz[5]) Libanium ipsam Polycratis accusationem adhibuisse ipsamque redarguisse existimant; Zeller autem l. l. II[4] p. 193 n. et Duemmler[6]) Libanium tantummodo Lysiae apologiam Socratis adversus Polycratem scriptam[7]) rursus pertractasse arbitrantur; quod idem Gercke l. l. p. XLIV opinatur, nisi quod vel Lysiae libellum vel aliam Socratis apologiam Libanio exemplari fuisse concedit; Hirzel l. l. p. 245, Schmid[8]) Libanium Lysiae apologiam et Polycratis accusationem Socratis pariter usurpavisse censent; Cobet, Curtius[9]), Blass l. l. II[2] p. 369[3], Schanz l. l.

---

onis iudiciariae fuerit. Beyschlag vero l. l. p. 20—26 ad Cobeti sententiam rediit, quam Menzel l. l. p. 3—4 novo argumento fulsit.

[1]) Mnemosyne. N. S. III 1875, p. 141 sq.

[2]) Herm. 12, 1877, p. 210. Liban. t. V p. 1 sq.

[3]) Rhein. Mus. 42, 1887, p. 239—250.

[4]) l. l. p. 210 et Libanii opera. t. V p 1.

[5]) Griechische Denker[2], II, Leipzig 1903, p. 569.

[6]) Herm. 27, 1892, p. 262[2], p. 276[2].

[7]) Fragmenta declamationis a Lysia ὑπὲρ Σωκράτους πρὸς Πολυκράτην compositae exstant apud Baiter et Sauppe, Oratt. Att. II p. 204.

[8]) Schmid-Christ, Gesch. d. griech. Lit.[5], I, München 1908, p. 480[5].

[9]) Griechische Geschichte[6], III, Berlin 1889, p. 782[47].

p. 35, Poehlmann[1]), Ioël l. l. II 2 p. 1125, Geffcken l. l. p. 44 ceteri quaestionem omnino in medio relinquunt.

Sed priusquam utrum Libanius ipsam Polycratis declamationem an modo refutationem aliquam contra illam compositam in manibus habuerit diiudicemus, crimina atque accusatoris argumenta in Libanii apologia in Socratem allata ex Polycratis accusatione fluxisse certioribus argumentis nobis erit confirmandum. Ac Polycratis libellum res illas accusatorias Libanio praebuisse cum vel inde apparet, quod praeter illam accusationem ulla alia per antiquitatis tempora in Socratem non esse scripta videtur[2]), tum inde sequitur, quod in iudicio Meletus primus fuit accusator (cf. totam apologiam Socratis Platonicam et Platonis Euth. 2 B, 5 A, C, 15 E, Theaet. 210 D et Xenophontis comm. Socr. IV 4, 4; IV 8, 4, apol. 19), in Libanii autem apologia Socratis Anytus confutatur, quem accusationem Socratis pronuntiantem etiam Polycrates in declamatione sua induxerat; quod patet ex iis rebus, et quod temporibus antiquis nonnullos viros doctos accusationem illam ab Anyto compositam esse existimavisse Diogenes L. II 38 testatur: *συνέγραψε δὲ τὸν λόγον Πολυκράτης ὁ σοφιστής, ὥς φησιν Ἕρμιππος, ἢ Ἄνυτος, ὥς τινες*, et quod Themistius Polycratem ab Anyto ad accusationem illam scribendam mercede commotum esse narrat or. XXIII 296 b c *οἱ δικασταὶ ὑπ' ἀγνωμοσύνης τὸ παραυτίκα ἐξηπατήθησαν καὶ ἐγοητεύθησαν ὑπὸ τοῦ λόγου, ὃν ξυνέγραψε Πολυκράτης, Ἄνυτος δὲ ἐμισθώσατο.* Quae opiniones nec virorum illorum nec Themistii oriri potuissent, nisi Polycrates Anytum accusationem dicentem in declamatione sua finxisset[3]).

Certissime autem Libanium apologia Polycratis *τὴν κατηγορίαν Σωκράτους* refutare inde cognoscitur, quod tres res, quas Polycratem Socrati crimini dedisse memoriae traditum est, eaedem in Libanii apologia Socrati obiectae ac dilutae reperiuntur. Ac primum quidem Polycratem Socrati, quod magister Alcibiadis fuisset, exprobravisse Isocrates testatur or. XI 5 *Σωκράτους δὲ κατηγορεῖν ἐπιχειρήσας, ὥσπερ ἐγκωμιάσαι βουλόμενος Ἀλκι-*

---

[1]) Sokrates und sein Volk, p. 86[3].
[2]) Cf. Hirzel, Rh. M. 42, p. 241.
[3]) Cf. ib. p. 240—241.

βιάδην ἔδωκας αὐτῷ μαθητήν. Alcibiadis quod fuerit praeceptor et praeter illum Critiae, etiam accusator apud Libanium accusationis capite VIII (cf. supra p. 17—18) Socratem arguit. Sed etiamsi Isocrates Alcibiadem solum a Polycrate Socratis discipulum appellatum esse tradit, tamen Critiam a Polycrate non commemoratum esse ex Isocratis silentio non est colligendum; Critiae enim cum Socrate consuetudinem fuisse, Socratem igitur illius consiliorum et culparum participem esse, iure igitur ac merito accusari Isocrati, si cum Alcibiade etiam Critiam ut Socratis familiarem et discipulum attulisset, concedendum fuisset; plurimum autem Isocratis interfuit ostendere aemuli sui argumenta plane ficta atque commenticia esse neque quidquam valere [1]). At Polycratem Socrati opprobrio vertisse, quod magister Critiae fuisset, vel inde apparere videtur, quod Athenienses Socratem propter Critiam educatum capitis damnavisse commemorat Aeschines or. I 173. Hoc enim argumentum, sive accusatores in iudicio contra Socratem protulerunt sive non protulerunt, in omnium Atheniensium animis atque oribus videtur fuisse nec verisimile est Polycratem argumentum tam grave praetermisisse [2]). Cum igitur Polycratem in declamatione sua Socrati, quod Alcibiades et Critias familiaritate eius usi corrupti ac rei publicae cives perniciosissimi facti essent, obiecisse iam satis constare videatur, cumque hoc ipsum crimen Libanius e Xenophontis comm. Socr. I 2, 12 non prompserit, eum nec minus Xenophontem illud crimen ex illa accusatione mutuatos esse necesse est.

Tum Polycratem Socrati crimini dedisse, quod imperium populi evertere studuisset atque ad hunc finem Ulixem apud Homerum *B* 188—206 reges solis verbis vituperantem, homines humiles ac vulgares verberibus ferientem laudavisset, memoriae prodidit interpres Aelii Aristidis in scholiis ad orationem *ὑπὲρ τῶν τεττάρων* inscriptam exstantibus t. III p. 480 Df. *οἶδε τὸν Σωκράτη πρὸς τοὺς νέους ἀεὶ τὸν Ὀδυσσέα θαυμάζοντα διὰ τὴν τοιαύτην πρᾶξιν, ὡς Πολυκράτης ἐν τῷ κατ᾽ αὐτοῦ λόγῳ φησὶ καὶ Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Πολυκράτην ὑπὲρ αὐτοῦ. ὁ μὲν*

[1]) Cf. Schanz l. l. p. 24.

[2]) Alia argumentatione utitur Cobet, N. L. p. 670.

συνιστῶν, ὅτι τὴν δημοκρατίαν ἐκ τούτου καταλύειν ἐπεχείρει ἐπαινῶν τὸν Ὀδυσσέα τοῖς μὲν βασιλεῦσι παραινοῦντα λόγῳ, τοὺς δὲ ἰδιώτας τύπτοντα, ⟨ὁ δὲ⟩ οὐδένα λέγων φροντίζειν μᾶλλον αὐτοῦ τῆς τάξεως [1]). Quamquam Socrates iisdem versibus Homericis ad malas disciplinas confirmandas usus esse et apud Libanium et apud Xenophontem arguitur (cf. supra p. 12–13, 27), tamen inter Polycratem et Anytum Socratem apud Libanium accusantem accusatoremque Xenophonteum haec exstat differentia, quod Polycrates Socratem versus illos Homericos ad formam rei publicae popularem evertendam adhibuisse contendit, accusator autem et Libanianus et Xenophonteus Socratem versus illos laudasse arguunt, ut Homeri auctoritate nixus homines humiles ac pauperes verberari ac premi iuberet. Qua ex discrepantia κατήγορον apud Xenophontem inductum et accusatorem a Libanio refutatum alium quemquam esse ac Polycratem non est colligendum; etenim cum scriptores veteres verba aliena aut adversarii argumenta non tam accurate quam nos sed liberrime attulisse constet [2]), quin Xenophon et Libanius eum non secutus argumentum illud Polycratis mutaverint, non est cur dubitemus. Fortasse autem hoc Polycratis argumentum pertinens ad versus Homericos ut a Socrate ad superbiam et duritiem in homines humiles docendam adhibitos interpres Aelii Aristidis errore ductus cum primo ac principali accusationis Polycrateae capite coniunxit.

Deinde Polycratem in accusatione Socratis muros a Conone sex annis post Socratis mortem restitutos commemoravisse affert Favorinus apud Diogenem L. II 39 Φαβωρῖνος δέ φησιν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων μὴ εἶναι ἀληθῆ τὸν λόγον τὸν Πολυκράτους. ἐν αὐτῷ γάρ, φησί, μνημονεύει τῶν ὑπὸ Κόνωνος τειχῶν ἀνασταθέντων, ἃ γέγονεν ἐν ἔτεσιν ἓξ τῆς Σωκράτους τελευτῆς ὕστερον. Etiam in accusatione a Libanio refutata Anytus Cononis, etsi non muros restitutos, tamen generatim de re publica merita laudaverat (cf. supra p. 19, s. n. 2). Cur autem Libanius muros illos a Conone aedificatos non aperte commemoraverit inde intellegitur, quod Cononis et Thrasybuli

[1]) Sic textum praebet Foerster, Libanii opp. t. V p. 3.

[2]) Cf. Norden l. l. p. 90 [1].

merita brevissime tangit; ex muris igitur illis a Polycrate allatis a Libanio praetermissis accusationem a Libanio refutatam aliam esse ac Polycratis *κατηγορίαν Σωκράτους* concludendum non est. Ac Libanium declamationem Polycrateam redarguere etiam ea re confirmatur, quod accusator a Libanio confutatus praeter Cononem etiam Thrasybulum laudaverat ac viros illos probissimos atque optime de re publica meritos Alcibiadi et Critiae, civibus perniciosissimis ut a Socrate corruptis, opposuerat. Polycratem enim in declamatione sua praeter Cononem etiam Thrasybulum ab Anyto, cum uterque easdem in re publica partes secutus triginta tyrannorum dominatione deleta popularem rei publicae statum restituisset (cf. Xenophontis hist. Gr. II 3, 42. 44 et Isocratis or. XVIII 23), summis laudibus elatum induxisse verisimillimum est; quin etiam, cum Polycratem Thrasybuli laudes scripsisse Aristoteles rhet. II 24, t. I p. 115,32 — 116,1 Sp. *πάλιν τὸ Πολυκράτους εἰς Θρασύβουλον, ὅτι τριάκοντα τυράννους κατέλυσεν*, tradiderit, laudes illas Thrasybuli in Socratis accusatione exstitisse, quod iam Blass l. l. t. II^2 p. 369 et Hirzel, Rh. M. 42 p. 245[1] opinati sunt, certum videtur esse[1]). Cum igitur Libanium apologia Socratis *τὴν κατηγορίαν Σωκράτους* Polycratis redarguere etiam ea re comprobetur, quod tria vel quattuor argumenta, quae a Polycrate usurpata esse memoriae traditum est, in Libanii declamatione rursus occurrunt, dubitari non potest quin crimina et accusatoris argumenta a Libanio diluta ex Polycratis accusatione manaverint.

At cum antiquis temporibus praeter Platonis et Xenophontis apologias Socratis multae Socratis defensiones exstiterint[2]), facile fieri potuit, ut Libanius crimina aliasque res ab accusatore prolatas non ex Polycratis libello ipso sed ex aliqua refutatione illius promeret illamque modo retractaret.

Nec deesse videntur causae, quibus opiniones supra p. 32 allatae, quas vel Zeller et Duemmler, vel Gercke, vel Hirzel et Schmid explicaverunt, fulciantur. Nam tribus fragmentis ex Lysiae Socratis apologia servatis eaedem res narrantur, quae

---

[1]) Ex peculiari encomio Thrasybuli hunc Aristotelis locum sumptum esse existimat Sauppe, Oratt. Att. t. II p. 221.

[2]) Cf. Fabricium, bibliotheca Graeca, ed. Harless, Hamburg 1790 —1810, t. III p. 72.

etiam in Libanii declamatione inveniuntur. Ac primo quidem fragmento iam supra p. 34–35 commemorato de Ulixe reges verbis reprehendenti, homines vulgares verberanti a Socrate laudato refertur. Sed hoc argumentum Libanio ipsa Polycratis accusatio Socratis suppeditare potuit. Quod eo certius est, quod illud argumentum, quo Lysias Socratem versus illos Homericos afferentem nulli rei magis quam ordini consuluisse ostendit, in Libanii declamatione plane deest.

Tum Palladium Diomedi a Demophonte raptum atque Athenas latum in Lysiae apologia Socratis commemoratum esse narratur in scholiis ad Aelii Aristidis orationem *Παναθηναικὸς* inscriptam, secundum codd. B D t. III p. 320, 1–4 Df. *ἀγάλματα διὰ τὸ Παλλάδιόν φησι τὸ ἀπὸ Τροίας· ὁ γὰρ Δημόφιλος*[1]) *παρὰ Διομήδους ἁρπάξας εἰς τὴν πόλιν ἤγαγεν, ὡς Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ Σωκράτους πρὸς Πολυκράτην λόγῳ*, secundum cod. C ib. p. 320, 23–26 *τὰ μὲν ἐκ τέχνης ταῦτα. ἵστατο δὲ πρὸ τούτων ἕτερον διοπετές· ἐν γὰρ τῇ Τροίᾳ φασὶν ἐξ οὐρανοῦ τουτὶ πεπτωκέναι· λαβόντος δὲ Διομήδους ἁρπάσας ἀπὸ τούτου Δημόφιλος*[2]) *Ἀθήναζε ἤγαγεν, ὡς Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ Σωκράτους πρὸς Πολυκράτην λόγῳ φησίν.* Quod argumentum sumptum de Palladii raptu Libanium, quamquam in sua quoque apologia Socratis locis supra p. 13 laudatis commemorat, non ex Lysiae apologia prompsisse cum ex ipsis verbis Libanianis argumentum illud ex accusatoris libello ipso provenisse indicantibus tum inde sequitur, quod Libanius Palladium tantum ab Ulixe raptum esse, Lysias Palladium a Diomede ablatum eique a Demophonte raptum Athenas allatum esse scripsit[3]). Illud igitur argumentum Libanius utrum ex Lysiae apologia an ex Polycratis accusatione sumpserit, Schanz l. l. p. 35 [2] sine ulla necessitate in dubio reliquit.

Atque etiam quod tertio fragmento ex Lysiae apologia Socratis servato in schol. ad Plat. apol. 18 B, p. 893, 3–9 B.-O.-W. *οὗτος ὁ Ἄνυτος Ἀνθεμίωνος ἦν υἱός, Ἀθηναῖος γένος,*

---

[1]) Codd. praebent *Δημόφιλος*, quam falsam nominis formam in *Δημοφῶν* correxit Valesius, quem secuti sunt Sauppe, Oratt. Att. II p. 204, 13 et Hirzel, Rh. M. 42, 247, sed agnoscendus est error scholiastae ipsius.

[2]) Sauppe l. l. II p. 204, 26 codd. secutus scribit *Δημόφιλος*.

[3]) Cf. Foerster l. l. praef. p. 4.

Ἀλκιβιάδου ἐραστής, πλούσιος ἐκ βυρσοδεψικῆς· ὅθεν καὶ σκωπτόμενος ὑπὸ Σωκράτους διὰ τοῦτο . . . ἔπεισε μισθῷ Μέλητον ἀσεβείας γραφὴν δοῦναι κατὰ Σωκράτους. μέμνηται Λυσίας ἐν Σωκράτους ἀπολογίᾳ καὶ Ξενοφῶν ὁμοίως καὶ Ἀριστόξενος ἐν τῷ Σωκράτους βίῳ narratur Meletum ab Anyto irato, quod Socrates in sermonibus divitias suas corio conficiendo partas commemoravisset, adductum esse, ut Socratem accusaret, id rursus apud Libanium reperitur § 26, p. $28,_{14}$—$29,_{1}$ *μεμνημένος δὴ σκυτοτόμων καὶ βυρσοδεψῶν . . . ὑπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἐπὶ τοῦτον Ἄνυτον ἤγετο . . . κτλ.*, cf. etiam § 29, p. $30,_{6-8}$, § 33, p. $31,_{17}$—$32,_{3}$, § 144, p. $97,_{16}$—$98,_{1}$. Eadem causa vehementissimae Anyti in Socratem irae identidem apud auctores veteres narratur: 1) apud Xen. apol. 29, 2) apud Diog. L. II.38, 3) in ep. Socr. 14, 4) Socratem cum Anyto collocutum exempla imprimis de coriariis ac sutoribus sumpta sermonibus inseruisse commemorat Dio Chrys. or. LV 22 *Ἀνύτῳ μὲν διαλεγόμενος βυρσέων ἐμέμνητο καὶ σκυτοτόμων*, 5) ex deperditis auctoribus Aristoxenum in Socratis vita eandem rem attulisse testatur scholiasta Platonis l. l. Quas de Anyti in Socratem ira narrationes, quas ex communi quodam fonte, fortasse ex Lysiae apologia Socratis, manavisse fere apertum est, illam Lysiae declamationem ipsam Libanio suppeditavisse, id quod Hirzel, Rh. M. 42, 246 sq. censet, cum apud complures auctores commemorentur atque antiquitatis temporibus prope iam decantatae videantur esse, non satis est certum. Polycrates autem in accusatione Socratis iram, qua Anytus impulsus Meletum ad Socratem accusandum adduxisse fertur [1]), afferre, id quod Schanz l. l. p. 36 n. existimat, quoniam tali testimonio Anytum risui atque contemptui tradidisset, minime potuit.

Cum igitur et tres illae res a Libanio narratae cum Lysiae apologiae fragmentis convenientes etiam ex aliis fontibus sumptae esse possint et interpretandorum versuum Homericorum ratio, qua Socratem illos laudantem usum esse Lysias narrat, apud Libanium non reperiatur et in Palladii raptu enarrando

---

[1]) Totam illam narrationem, qua Anytus sui ulciscendi cupiditate commotus Socratem reum fecisse dicitur, fide non dignam esse demonstrat Menzel l. l. p. 45.

inter Libanium et Lysiam aperta exstet differentia, Libanium Lysiae orationem adhibuisse non est verisimile. Immo vero Libanium illam non secutum esse ac vix legisse etiam ex laudibus apparere videtur, quibus §§ 137—141, p. 91, 10 — 95, 5 Alcibiadem effert; Lysiam enim declamationi suae eiusmodi Alcibiadis encomium non inseruisse inde sequi videtur, quod in oratione XIV in Alcibiadem minorem habita se etiam Alcibiadi, illius patri, inimicissimum praebet; nec minus Libanium Lysiae declamationem non imitatum esse minimeque tantum retractavisse inde patet, quod Libanius suam apologiam Socratis ab amico quodam Socratis facit habitam, Lysias autem Socratem ipsum dicentem induxerat, id quod ex veterum auctorum de illa testimoniis quamvis fabulosis cognoscitur. Namque illae narrationes a Baitero et Sauppio, Oratt. Att. t. II p. 203 collatae, quibus Socrates defensionem a Lysia compositam ut viro sapienti indignam repudiasse fertur, oriri non potuissent, nisi Lysias declamationem illam ut a Socrate dictam finxisset; quin enim Lysiae *Σωκράτους ἀπολογία ἐστοχασμένη τῶν δικαστῶν* et *ὑπὲρ Σωκράτους πρὸς Πολυκράτην* declamatio una eademque fuerit non dubium videtur esse.

Nec magis quam Lysiae libellum pro Socrate compositum Libanius Demetrii Phalerei apologiam Socratis[1]) tantummodo renovavit; quamquam enim Socratem septuaginta minas a patre moribundo hereditate acceptas mutuas dedisse, quod Demetrius Phal. apud Plutarchum Aristid. c. 1 narrat: *ἀλλὰ γὰρ ὁ μὲν Δημήτριος οὐ μόνον Ἀριστείδην, ἀλλὰ καὶ Σωκράτην δῆλός ἐστι τῆς πενίας ἐξελέσθαι φιλοτιμούμενος ὡς μεγάλου κακοῦ· καὶ γὰρ ἐκείνῳ φησὶν οὐ μόνον τὴν οἰκίαν ὑπάρχειν, ἀλλὰ καὶ μνᾶς ἑβδομήκοντα τοκιζομένας ὑπὸ Κρίτωνος*[2]), etiam Libanius commemorat § 17, p. 23, 6—10 *ἑβδομήκοντα*[3]) *γάρ, ὦ ἄνδρες, μνᾶς αὐτῷ τοῦ πατρός, ἡνίκα ἐτελεύτα, παραδόντος καὶ ταύτας ἡλικιώτου τινὸς ἐπ᾽ ἐργασίᾳ λαβόντος ἔπειτα περὶ τὴν ἐργασίαν*

[1]) Fragmenta exstant apud Baiterum et Sauppium, Oratt. Att. II p. 345.

[2]) Hunc locum ex Demetrii Phal. apologia Socratis promptum esse inde patet, quod Plutarchus in eodem capite hanc Demetrii Phal. declamationem commemorat et in eadem vita locos ex illa iterum ac saepius affert; iniuria igitur Baiter et Sauppe l. l. hoc fragmentum praetermiserunt.

[3]) Foerster e plurimis codicibus in textu ponit *ὀγδοήκοντα*.

ἀινχήσαντος σιγῇ τὸ συμβὰν ἤνεγκεν ὁ Σωκράτης, tamen et in hac ipsa re enarranda inter Libanium et Demetrium Phal. apertae exstant differentiae et ceteris Demetrii Phal. apologiae Socratis fragmentis res memoriae traduntur, quarum Libanius mentionem omnino non facit.

Neque Theodectis apologiam Socratis [1]), quam ad Polycratis *κατηγορίαν Σωκράτους* refutandam scriptam esse verisimile est [2]), a Libanio adhibitam esse ex eadem causa sequitur, quod res Theodectis fragmentis commemoratae in Libanii declamatione haudquaquam reperiuntur. Ac Libanium, quamquam quatenus illius libellus cum Critonis Atheniensis [3]), Zenonis Sidonii [4]), Theonis Antiocheni [5]) apologiis Socratis congruerit, stabiliri non potest, tamen neque illorum argumenta secutum esse neque illas defensiones Socratis modo retractavisse vel inde est verisimillimum, quod ne illae quidem ceterae apologiae, ex quibus fragmenta servata sunt, ei exemplari fuerunt. Atque eorum opiniones, qui Libanium tantummodo aliquam vetustiorem Socratis apologiam renovavisse existimant, gravissime ea re confutantur, — quam fuse altera primi capitis parte explicabimus —, quod auctor argumenta ad Socratem defendendum prolata cum ex aliorum auctorum tum e Platonis et Xenophontis libris, nonnumquam verbotenus, ipse sibi conquisivit.

Itaque Libanius, cum eum declamationis Polycrateae refutationem ullam tantum denuo tractatam novis argumentis amplificavisse, crimina igitur Socrati obiecta solum e defensione ulla prompsisse iam satis videatur confutatum esse, Polycratis *τὴν κατηγορίαν Σωκράτους* ipsam adhibuisse et crimina a Polycrate excogitata ex illa ipsa delibavisse et arbitrio atque iudicio non minus proprio aut libero quam Xenophon aut Lysias redarguisse nobis est existimandus. Quae opinio etiam magno variorum argumentorum atque criminum numero oratione cum obliqua tum recta ex Polycratis declamatione a Libanio allato fulcitur; neque enim facile fieri potuit,

---

1) Cf. fragmenta apud Baiterum et Sauppium l. l. II p. 247.

2) Cf. Blass l. l.[2] II p. 447.

3) Cf. Suidas s. v. *Κρίτων*.

4) Cf. Suidas s. v. *Ζήνων*.

5) Cf. Suidas s. v. *Θέων*.

ut ulla refutatio accusationis illius tantam copiam rerum singularum ex illa sumptarum verbis accusatoris ipsius allatarum praebuerit. Nec minime Libanium Polycratis libellum ipsum usurpavisse ea re comprobatur, quod et in apologia Socratis et in or. LXIV ed. F. IV p. 406—498 pro saltatoribus scripta, qua Aelii Aristidis κατὰ τῶν ὀρχηστῶν orationem ipsam refutat, adversariorum argumenta sententiasque iisdem rationibus exhibet. Atque rhetorem Antiochenum „Anyti“ accusationem ipsam in manibus habuisse ipsius quoque verbis eius confirmatur § 13, p. 20, 14—15 διορίσασθαι δέ, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ αὐτὸς ὥσπερ καὶ οὗτος βούλομαι.

Cum igitur Libanium non minus quam Xenophontem Polycratis declamationem ipsam redarguere in propatulo sit cumque res ac verba ex illa ipsa a Libanio non deterius quam a Xenophonte tradantur, utrum ex Libanii apologia Socratis an e Xenophontis comm. Socr. I 2 accusatio Polycratea rectius restitui possit, erit quaerendum. Ac Schanz l. l. p. 36—45 ad Polycratis libellum reconstruendum Xenophontis comm. Socr. I 2, 9. 12. 49. 51—52. 56. 58 adhibuit. At Libanii apologiam Socratis accusationis illius reficiendae multo melius quam Xenophontis commentarios fundamentum praebere vel inde apparet, quod in Libanii declamatione singulorum et criminum et argumentorum e Polycratis oratione sumptorum copia multo maior exstat quam in Xenophontis comm. Socr. I 2. Atque etiam ipsa Polycratis verba a Libanio accuratius quam a Xenophonte tradita esse inde sequitur, quod argumenta verbaque accusatoris a Libanio laudata magis quam res a Xenophonte narratae cum fragmentis e Polycratis declamatione servatis congruunt et quod verba accusatoris Libaniani praecipue proprietates sermonis Polycratis, Gorgianae disciplinae sectatoris, ostendunt. Etenim quod apud Libanium § 136, p. 90, 15—16 accusator Socratem Alcibiadis Critiaeque magistrum appellat: διδάσκαλον ⟨αὐτὸν⟩ Ἄνυτος καλῶν, magis hoc Libanii testimonium convenit cum verbis Isocratis Polycratem in or. XI 5 allocuti: Ἀλκιβιάδην ἔδωκας αὐτῷ μαθητήν, quam quod Xenophon comm. Socr. I 2, 12 Alcibiadem Critiamque ὁμιλητὰ Socratis nominat. Item verbum τύπτειν, quod a Polycrate adhibitum esse ex verbis commentatoris Aelii Aristidis supra p. 35 allatis cognoscitur: τοὺς δὲ

ἰδιώτας τύπτοντα, etiam Libanius usurpat § 93, p. 66, 7 τοὺς μὲν τοῦ δήμου τυπτομένους, nec non p. 66, 12, p. 66, 14, p. 67, 9-10; Xenophon vero eandem rem narrans comm. Socr. I 2, 58 verbo παίεσθαι utitur.

Gorgianam autem doctrinam Polycratem esse aemulatum[1]) et ex materiis ab eo in declamationibus tractatis et ex veterum scriptorum testimoniis apparet. Ut enim Gorgias Ἑλένης ἐγκώμιον[2]) et ὑπὲρ Παλαμήδους ἀπολογίαν[3]) et ἐγκώμιον Ἀχιλλέως[4]) et τέχνην[4]) et in oratione funebri laudes Atheniensium[5]) et peculiare ἐγκώμιον εἰς Ἠλείους[4]) scripserat, ita etiam Polycrates et de rebus mythicis partim iisdem ad bellum Troianum pertinentibus egit in declamationibus Ἑλένη[6]), Κλυταιμήστρα[6]), [Ἀλέξανδρος[7])], de fabulis alius generis in Busiride[6]), atque etiam artem oratoriam[8]) et res illius aetatis politicas tangens ψόγον Λακεδαιμονίων[9]) composuit. Atque Gorgiae dicendi genus Polycratem imitatum esse, quin etiam figuras et omnino ornamenta rhetorica ab illo inventa nimis sectatum esse testatur imprimis auctor libri περὶ ἑρμηνείας inscripti Demetrii nomen ferentis § 120, ed. Sp. III p. 288, 31 — 289, 1 Πολυκράτει μὲν τῷ ῥήτορι συγχωρῶ ἐγκωμιάζοντι — — — ὡς Ἀγαμέμνονα ἐν ἀντιθέτοις καὶ μεταφοραῖς καὶ πᾶσι τοῖς ἐγκωμιαστικοῖς τρόποις. Ac praecipue etiam „Anyti" τὴν κατηγορίαν Σωκράτους summa arte

[1]) Polycratem in numerum Gorgiae imitatorum referendum praetermisit Scheel, De Gorgianae disciplinae vestigiis, diss. Rostochii 1890.

[2]) Cf. Baiter et Sauppe, Oratt. Att. II p. 132—134.

[3]) Ib. p. 134—137.

[4]) Ib. p. 130.

[5]) Ib. p. 129—130.

[6]) Ib. p. 221.

[7]) Ib. p. 223. Hanc declamationem Muenscher, Rh. M. 54, 258 Polycrati abiudicat.

[8]) Ib. p. 223.

[9]) Ib. p. 221. Discrepantia, quae inter hanc Polycratis vituperationem Lacedaemoniorum et inter testimonium, quo apud Libanium Socratis accusator § 134, p. 90, 3-4 Λακεδαιμονίους μὲν ἄριστα πολιτεύεσθαι arbitratus esse narratur, facile ea re dissolvitur, vel quod Polycrates sophistarum morem secutus de eadem re, ut de Lacedaemoniis in illa vituperatione et in accusatione Socratis, sententias inter se oppositas protulit, vel quod Lacedaemoniorum vitia indagans hoc unum invenit commodum, quod in eorum urbe nullus ortus esset sophista, quam sententiam in accusatione Socratis iteravit.

oratoria compositam esse sequitur ex verbis Libanianis § 5, p. 16, 16–17 *ἡμῶν, ὦ ἄνδρες, πρὸς θεῶν, ἀνάσχεσθε τῶν οὐ δυναμένων μὲν ἐξισοῦσθαι πρὸς τὸν Ἀνύτου λόγον.* Et reperiuntur in accusatoris verbis a Libanio allatis dicendi generis Gorgiani vestigia:

1. *ῥήματα Γοργίεια*, verba rara vel poetica.

§ 54, p. 43, 18 *μισόδημος*[1]). — § 60, p. 47, 8 *τυραννοδιδάσκαλος.* — § 98, p. 68, 19 *ἀξιόπιστον.* — § 129, p. 86, 14 *ἄσπορον.*

2. *σχήματα Γοργίεια.*

a. *ἀντίθετα.*

§ 117, p. 79, 1–7 *τοῖς μὲν νέοις αὐτὸν διαλέγεσθαι, τοῖς πρεσβυτέροις δὲ οὐκ ἐθέλειν.*

§ 123, p. 83, 2–3 *τὰ μὲν ἐν γῇ, τὰ δὲ καὶ ἐν θαλάττῃ, καὶ τὰ μὲν ἐν τῇ κομιδῇ, τὰ δὲ οἴκοι.*

§ 160, p. 106, 18 — 107, 1 *Θρασύβουλος μὲν καὶ Κόνων – Κριτίας δὲ καὶ Ἀλκιβιάδης.*

b. *ἰσόκωλα.*

§ 117, p. 79, 6–7 *φεύγειν μὲν τοὺς ἄνδρας, θηρεύειν δὲ τὴν νεότητα.*

Cum igitur res a Polycrate in accusatione Socratis prolatae ex Libanii apologia Socratis iam satis sint cognitae, restat ut et singulorum criminum argumentorumque origo ac fides et totius declamationis indoles atque consilium et postremo aetas, qua composita sit, explorentur.

I. Ac primum quidem accusationis caput ad statum rei publicae popularem a Socrate impugnatum spectans Polycrates ex vita Socratis ipsa desumpsit.

1. Primum enim huius accusandi capitis crimen, quod legum despectu a Socrate docto continetur, accusator inde videtur collegisse, quod neque Socrates neque amici eius leges institutaque publica imperii popularis magni aestimaverunt. Ac Socratem ipsum legibus imperii popularis minime contentum fuisse, civitates vero, quae a principibus tenerentur, imprimis Cretam et Spartam, semper, quod optimis legibus uterentur,

[1]) Cf. Scheel l. l. p. 35.

laudavisse testatur Plat. Crit. 52 E: *σὺ δὲ οὔτε Λακεδαίμονα προῃροῦ οὔτε Κρήτην, ἃς δὴ ἑκάστοτε φῂς εὐνομεῖσθαι*[1]). Quod autem Polycrates apud Xenophontem comm. Socr. I 2, 9 Socrati maxime crimini dedit, quod eam Atheniensium legem, qua constitutum erat, ut magistratus sorte legerentur, reprehenderet, hanc legem Socratem vituperare solitum esse narrat etiam Aristoteles rhet. II 20 t. I p. 97, 28—32 Sp.: *παραβολὴ δὲ τὰ Σωκρατικά, οἷον εἴ τις λέγοι, ὅτι οὐ δεῖ κληρωτοὺς ἄρχειν· ὅμοιον γὰρ ὥσπερ ἂν εἴ τις τοὺς ἀθλητὰς κληροίη μὴ οἳ δύνανται ἀγωνίζεσθαι ἀλλ' οἳ ἂν λάχωσιν, ἢ τῶν πλωτήρων ὅντινα δεῖ κυβερνᾶν κληρώσειεν, ὡς δέον τὸν λαχόντα ἀλλὰ μὴ τὸν ἐπιστάμενον.* Ac Socratem in Atheniensium legibus vituperandis familiares secutos esse ostendit imprimis Antisthenes, amicus Socratis, qui et Atticam ducum creandorum rationem illudit apud Diog. L. VI 8: *συνεβούλευεν Ἀθηναίοις τοὺς ὄνους ἵππους ψηφίσασθαι· ἄλογον δὲ ἡγουμένων „ἀλλὰ μὴν καὶ στρατηγοί, φησί, γίνονται παρ' ὑμῶν μηδὲν μαθόντες, μόνον δὲ χειροτονηθέντες“*, et virum sapientem non secundum leges constitutas sed secundum legem virtutis in re publica versari oportere censet ib. VI 11: *καὶ τὸν σοφὸν οὐ κατὰ τοὺς κειμένους νόμους πολιτεύεσθαι ἀλλὰ κατὰ τὸν τῆς ἀρετῆς.* Hoc igitur crimen, quo Socrates leges institutaque publica vituperavisse arguitur, Polycratem, cum ipsa Socratis vita ei illud praebuerit, ex Antisthenis libris hausisse, quod Ioël l. l. II 2 p. 1125—1126 putat, existimare non opus est; immo vero Polycratem ad hoc crimen Socrati exprobrandum legum Atticarum vituperatione Antisthenica non commotum esse inde sequitur, quod Antisthenes magistratus manibus sublatis electos irrisit, Socrates autem rationem magistratus sorte vel faba creandi reprehendisse a Polycrate insimulatur.

2. Alterum vero primi accusationis capitis crimen, quo Socrati vitio datur, quod civitati iniuriam inferat, Polycrates maxime ea de causa ei videtur obiecisse, quod Socrates pecuniae

[1]) Socratem Cretensium Lacedaemoniorumque leges laudantem fortasse locum Platonicum supra allatum secutus inducit etiam [Plat.] Min. 320 B: *ὅθεν δὴ καὶ τοὺς νόμους τούτους ἔθηκε τοῖς αὑτοῦ πολίταις, δι' οὓς ἥ τε Κρήτη τὸν πάντα χρόνον εὐδαιμονεῖ καὶ Λακεδαίμων, ἀφ' οὗ ἤρξατο τούτοις χρῆσθαι, ἅτε θείοις οὖσι.*

quaestum aspernatus minime operam dedit, ut vectigalibus pensitatis rei publicae prodesse posset (cf. supra p. 17)[1].

3. Ac tertium huius accusationis capitis crimen, quo Socrates incusatur, quod statui rei publicae inimicus ac tyrannidis cupidus fuerit, Polycrati rursus vita Socratis ipsius suppeditavit. Socratem enim imperio populari non favisse inde apparet, quod in re publica temporibus imperii popularis versari noluit; quam rem explicat Plat. apol. 31 C — 32 E. Ac facile Socratem pro socio triginta tyrannorum haberi potuisse inde patet, quod Critias et Theramenes, viri illi ex triginta tyrannorum numero crudelissimi, familiaritate eius usi sunt. Triginta autem tyrannos ipsos Socratem cum ipsis facere arbitratos esse inde sequitur, quod ei mandaverunt, ut Leontem Salaminium ad necem arcesseret[2]. Minime autem Polycratem crimen, quo Socrati obiecisset, quod tyrannicus esset aliosque tyrannicos redderet, ex Antisthenis libris, cum ille imprimis frg. XIV ed. Winckelmann p. 59 se tyrannis inimicissimum praebuisset, promere potuisse Ioël l. l. II 2 p. 1126 ipse concedit; sin autem in accusatione Socratis Polycratea crimen doctrinae Antisthenicae plane contrarium Socrati illatum fuit, Polycratem hoc crimine Socratem Antisthenicum accusare noluisse apertum est.

4. Quartum autem huius accusationis capitis crimen, quo Socrati exprobratur, quod imperium populare evertere studuerit, facile ex tertio crimine sequitur, quoniam re vera nonnulli Socratis familiares, imprimis Critias et Theramenes, dominationi populi interitum paraverunt.

II. Nec minus quam singula primi accusationis capitis crimina Polycrates alteram accusationem, crimen laesae religionis, ex ipsis Socratis moribus et doctrinis prompsit, ac So-

---

[1]) Hoc crimine simul argumentum ac vis legis Cannoni (cf. supra p. 6) certius definitur; inter iniurias enim populo illatas (ἀδικεῖν τὸν δῆμον) etiam vectigalia non pensitata fuisse ex hoc crimine Socrati a Polycrate obiecto intellegitur; ac praeter vectigalia fisco publico subtracta legem Cannoni etiam peculatum complexam esse ostendunt Meier-Schömann-Lipsius, Der att. Proc., p. 427. Alia scelera huic legi subiungenda enumerat Thonissen, Le droit pénal de la république Athénienne, Paris 1875, p. 169—172.

[2]) Cf. Forchhammer l. l. p. 33.

crati, quod alios ad numina a civitate credita et culta neglegenda educaret, maiore iure obicere potuit quam quod deos paternos omnino negaret novosque induceret eum Aristophanes aut accusatores iudiciarii insimulaverunt. Socratem enim deorum auctoritati obtrectavisse inde apparet, quod et in suis ipsius rebus gerendis et in consiliis amicis dandis scientiae et suae voci illi internae, quam *δαιμόνιον* appellabat, magis confidebat, quam ullis oraculis vel auspiciis vel aliis ominibus externis[1]). Ac Socratem externum deorum cultum vel varias caerimoniarum formas vel sacrificia splendida vel preces, quibus ceteri varia bona vana a diis impetrare studerent, etsi non plane reiecisse, tamen haud magni aestimavisse testantur et Xenophon comm. Socr. I 3, 1—3 imprimis: *καὶ ηὔχετο δὲ πρὸς τοὺς θεοὺς ἁπλῶς τἀγαθὰ διδόναι, ὡς τοὺς θεοὺς κάλλιστα εἰδότας ὁποῖα ἀγαθά ἐστι*[2])· ... *θυσίας δὲ θύων μικρὰς ἀπὸ μικρῶν οὐδὲν ἡγεῖτο μειοῦσθαι τῶν ἀπὸ πολλῶν καὶ μεγάλων πολλὰ καὶ μεγάλα θυόντων*[3]), et Plato Euth. 14 E: *φράσον δέ μοι, τίς ἡ ὠφελία τοῖς θεοῖς τυγχάνει οὖσα ἀπὸ τῶν δώρων ὧν παρ' ἡμῶν λαμβάνουσιν; κτλ.* Praeterea autem Polycrates Socrati, quod ceteros numina neglegere doceret, etiam ea de causa exprobrare potuit, quod Socrates disciplinas ad deos pertinentes aspernatus in sermonibus suis imprimis res humanas tractabat; quam ob causam eandem Socratem ab Indo quodam sapienti Athenis morato vituperatum in libro quodam fecit Aristoxenus Tarentinus[4]), cuius verba affert Eusebius praep. ev. XI 3, 8: *Ἀθήνησι γὰρ ἐντυχεῖν Σωκράτει τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων* (sc. *τῶν Ἰνδῶν*) *ἕνα τινά, κἄπειτα αὐτοῦ πυνθάνεσθαι, τί ποιῶν φιλοσοφοίη· τοῦ δὲ εἰπόν-*

[1]) Cf. Ioël l. l. I p. 70—89, imprimis p. 81: *„Sokrates war im Kern seines Wesens Gegner der Mantik“.*

[2]) Cf. Bickel, Archiv für Gesch. d. Philos., t. 21, 1907, p. 541: *„Dass nicht sittliche Erneuerung religiösen Gefühlslebens, sondern **ein rationalistischer Angriff auf das religiöse Leben die Gebetslehre, um nichts Bestimmtes zu bitten, gezeitigt hat**, ... wird auch ersichtlich aus dem Auftreten dieser Gebetslehre in der Legende von Trophonios und Agamedes“.*

[3]) Cf. Ioël l. l. I p. 91: *„die Indifferenz gegenüber den Formen der Götterverehrung, die Opposition gegen die Übereifrigen, die Cultusklügler, ist sokratisch, die Betonung der ritualen Formen ist xenophontisch“.*

[4]) Cf. Hirzel, Rh. M. 45 p. 418.

τος ὅτι ζητῶν περὶ τοῦ ἀνθρωπίνου βίου, καταγελάσαι τὸν Ἰνδὸν λέγοντα μὴ δύνασθαί τινα τὰ ἀνθρώπινα κατιδεῖν ἀγνοοῦντά γε τὰ θεῖα.

III. Tertium vero accusandi caput, quod duobus argumentis explicavit, priore, quod Socrates adulescentibus despectum legum et odium imperii popularis et cupiditatem tyrannidis iniceret, altero, quod adulescentes in patrum fratrumque natu maiorum auctoritatem lacesseret, Polycratem ex vita Socratis ipsa hausisse apertum est. Ac prius quidem crimen Polycratem in Socratis moribus et doctrinis invenisse iam supra p. 43–45 ostendimus. Socratem autem parentum aliorumque consanguineorum auctoritatem apud adulescentes destruxisse ne Xenophon quidem, Socratis defensor, comm. Socr. I 2, 49—55 aut apol. 20—21 negare potuit; immo vero Socratem tales doctrinas, quales Polycrates criminatus est, propagavisse Xenophon ipse concedit. Itaque non est, cur Polycratem hoc crimen ex Antisthenis libris sumpsisse, id quod Ioël l. l. II 2 p. 1132—1133 credit, existimemus, quoniam ne Aristophanes quidem in hoc crimine Socrati obiecto Antisthenem adumbravit.

IV. Quartum accusationis caput ad poetas spectans rursus Socratis ipsius consuetudines Polycrati suppeditaverunt.

1. Ac Socratem poetarum vituperatione facultatem prioris criminis quartae accusationis Polycrati praebuisse iam supra p. 24–25 demonstravimus. Quin etiam futurum esse, ut Socrates, cui impiae poetarum de diis narrationes displicerent, propterea ab aliquo argueretur, aperte praesensit Plat. Euth. 6 A: *ἆρά γε, ὦ Εὐθύφρον, τοῦτ' ἔστιν, οὗ ἕνεκα τὴν γραφὴν φεύγω, ὅτι τὰ τοιαῦτα ἐπειδάν τις περὶ τῶν θεῶν λέγῃ, δυσχερῶς πως ἀποδέχομαι; δι' ἃ δή, ὡς ἔοικε, φήσει τίς με ἐξαμαρτάνειν.*

2. Socratem autem saepissime ad doctrinas illustrandas atque confirmandas in sermonibus poetarum clarissimorum versus adhibuisse docent et Plato et Xenophon, uterque auctor permultis locis, Xenophon imprimis in commentariis, Socratem poetarum versus laudantem inducens, neque opus est, id quod Ioël l. l. II 2 p. 1134–1135 arbitratur, putare Polycratem hanc

Socratis consuetudinem, quam Joël ipse alio operis loco. I p. 527[1]), Socrati ipsi tribuit, ex Antisthenis libris didicisse, hoc igitur crimine Socratem Antisthenicum persequi. Singulos autem vel Hesiodi vel Pindari vel Theognidis vel Homeri versus, quibus Socratem ad persuadendum usum esse contenderat, Polycrates non minus quam Antisthenes a Socrate in colloquiis allatos audire potuerat.

V. Quinti accusationis capitis materiam formatam ex furtis, sacrilegiis, fraudibus, vi, periuriis a Socrate doctis Polycrates iterum de Socratis ipsius doctrinis earumque effectibus delibavit. Ac primum quidem Socratem amicos ad furta committenda instruxisse accusator et inde videtur sumpsisse, quod unus ex Socraticis, Chaerephon, re vera Athenis pro fure habebatur, quod testatur interpres Platonis ad apol. 20 E, p. 893 b, 15—23 B.-O.-W.: *Χαιρεφῶν οὗτος ὁ Σωκρατικὸς ἰσχνὸς ἦν . . . πρὸς δὲ καὶ κλέπτης . . . Ἀριστοφάνης δ' ἐν δράμασι κλέπτην* (sc. *λέγει αὐτόν*), et inde, quod alii Socratis sectatores furta interdum, imprimis in bellis, permissa ac bona esse in libris docebant. Qua de causa altera Polycrates Socrati videtur obiecisse, quod familiares etiam ad sacrilegia et fraudes institueret. Sacrilegia enim in bellis adversus hostes commissa comprobat Antisthenes[2]) in declamatione, quae inscribitur *Ὀδυσσεύς*, §§ 4—5, imprimis *τὴν Τροίαν μὲν ἁλῶναι ἅπαντες εὔχεσθε, ἐμὲ δὲ τὸν ἐξευρόντα ὅπως ἔσται τοῦτο ἀποκαλεῖς ἱερόσυλον; καίτοι εἴπερ καλόν γε ἦν ἑλεῖν τὸ Ἴλιον, καλὸν καὶ τὸ εὑρεῖν τὸ τούτου αἴτιον.* Ac Polycratem, cum Socrati vitio daret, quod sacrilegia doceret, de hac Antisthenis declamatione cogitavisse, quin etiam hoc Antisthenis libello ad crimen illud Socrati inferendum commotum esse inde sequi videtur, quod Socrati exprobravit, quod ad illud scelus admittendum adhortaturus Ulixem Palladium rapientem laudaret, quem ipsum Antisthenes in declamatione sua sacrilegia in bellis iustissima esse ostendentem inducit. Ac Polycratem in accusatione Socratis hanc Antisthenis declama-

[1]) *„Die bei Plato wie bei Xenophon hervortretende Vorliebe für homerische Citate mag ein charakteristischer Zug der echten Sokratik gewesen sein"*.

[2]) Hanc Antisthenis doctrinam ab eius sectatoribus propagatam esse docet Diog. L. VI 73: *μηδέν τε ἄτοπον εἶναι ἐξ ἱεροῦ τι λαβεῖν.*

tionem etiam impugnavisse et reppulisse inde apparere videtur, quod „Anytus" Ulixi propter sacrilegium commissum et terra et mari et in reditu et domi permultos dolores ac labores gravissimos perferendos fuisse explicavit, apud Libanium § 123, p. 83, 1–3 *ἔφασκεν Ὀδυσσέα διὰ τὴν ἱεροσυλίαν τὰ καὶ τὰ πεπονθέναι, κτλ.* Nec minus quam Antisthenes sacrilegia in bellis commissa laudavit, furtis ac fraudibus in bellis locum, quin etiam necessitatem concessit Xenophon Cyrop. I 6, 27; comm. Socr. IV 2, 14—15. Atque non solum in bellis contra hostes sed etiam adversus amicos et familiares mendacia et fraudes et furta bona atque iusta interdum esse Socrates Euthydemo demonstrat apud Xenophontem comm. Socr. IV 2, 16—18. Easdem de mendaciis fraudibusque sententias, quas Xenophon profert, explicat etiam Plato mendacia ac fraudes in bellis adversus hostes et in vita civili a medicis in aegrotos, a magistratibus ad utilitatem in cives commissa probans pol. II 382 C, III 389 B[1]). Fraudes ac furta in hostes commissa etiam alios Socratis aequales non solum comprobavisse sed etiam committenda postulavisse[2]) ostendit Thucydides Brasidam, Lacedaemoniorum ducem, eiusmodi artes laudantem fingens V 9, 3 *τὰ κλέμματα ταῦτα καλλίστην δόξαν ἔχει, ἃ τὸν πολέμιον μάλιστ᾽ ἄν τις ἀπατήσας τοὺς φίλους μέγιστ᾽ ἂν ὠφελήσειεν.* Atque omnino, quatenus mendacia, fraudes, furta, sacrilegia permissa atque iusta essent, Athenis sub finem saeculi a. Chr. V. acerrime disputatum esse cognoscitur ex dissertationum, quae *διαλέξεις* sive *δισσοὶ λόγοι* appellantur, tertia *περὶ δικαίου καὶ ἀδίκου* inscripta, ed. Diels, Frg. d. Vorsokr.² II 1 p. 641—643, imprimis: *καὶ πρῶτον μὲν ψεύδεσθαι ὡς δίκαιόν ἐστι λεξῶ καὶ ἐξαπατᾶν. . . . καὶ κλέπτεν μὰν τὰ τῶν φίλων καὶ βιῆσθαι τὼς φιλτάτως δίκαιον. . . . ἤδη ἄρα δίκαιον καὶ . . . καὶ τὸ ἱεροσυλέν.*

---

[1]) Has Xenophontis et Platonis de furtis fraudibusque nonnumquam bonis ac permissis doctrinas suas fecit etiam Libanius, §§ 103—104, p. 71, 17—72, 7 *στρατηγὸς ἀμείνων ὁ κλέπτων τοῦ δεδιότος μὴ διὰ κλοπῆς νικήσῃ. κἂν ἀπάτην ὥσπερ μηχανὴν προσαγάγῃς τοῖς ἐχθροῖς, ἔννομα δέδρακας. . . . καὶ μὴν καὶ τοὺς ἰατροὺς ὁρῶμεν τὰς τῶν καμνόντων ἐπιθυμίας ἀπάταις ἀναβάλλοντας. ἤδη δέ που καὶ πρὸς ὑγιαίνοντας τοῦτο ποιοῦμεν, ὅταν ᾖ κρεῖττον τοῦ τἀληθὲς ἀκοῦσαι τὸ παρακρουσθῆναι.*

[2]) Cf. Leop. Schmidt, Die Ethik der alten Griechen II p. 375.

κτλ. Socratem igitur, cum illa aetate de his rebus disquireretur, cumque sectatores eius fraudes aliaque eiusmodi facinora interdum iusta ac bona esse arbitrarentur, ipsum quoque eadem docuisse ipsumque igitur Polycrati huius criminis facultatem praebuisse iam satis videtur apertum esse. Atque quod Socrates ad vim adhibendam amicos adduceret, quod crimen Socrati infertur

apud Xenophontem	apud Libanium
apud Xenophontem comm. Socr. I 2, 9 *τοὺς δὲ τοιούτους λόγους … ἔφη τοὺς νέους … ποιεῖν βιαίους.*	apud Libanium § 110, p. 75 4–6 *δείξας … βεβιασμένον οὕτω φάσκε πολλοὺς αὐτῷ παραπλησίους εἰργάσθαι.* — § 112, p. 76, 7–8 *Σωκράτης … βιάζεσθαι … ἐδίδασκεν.*

Polycrates imprimis ex sceleribus violentis a Critia in civitatem commissis videtur derivavisse.

Peierandi vero magistrum esse Socratem Polycrates ea de causa videtur arguisse, quod non per deos, sed per canem vel anserem vel alias bestias vel arbores iurabat eoque modo iuramentorum auctoritatem et gravitatem debilitabat. Quam ob consuetudinem Libanius ipse Socratem laudat, quod his iurisiurandi formulis amicos deorum nominibus non leviter uti assuefaceret, § 109, p. 74, 13–16 *ὁ μηδ' ἐν οἷς εὐορκεῖν μέλλει τοὺς θεοὺς ὀμνύων, ἀλλ' ἀποχωρῶν εἰς ἕτερ' ἄττα καὶ συνεθίζων ἐν τοῖς ὅρκοις τοὺς αὐτοῦ μὴ ῥᾳδίως προσιέναι τοῖς ὀνόμασι τῶν θεῶν.* Quod Socratis iuramentum, quod Libanius apud Platonem permultis locis — nonnulli sunt: apol. 21 E, Gorg. 461 A, 466 C, 482 B, pol. III 399 E — legerat, multi auctores veteres commemorant [1]), plerumque cum laudibus, nonnulli autem etiam illud Socrati opprobrio vertentes; ac primus quidem iuramenti Socratici formam irrisit iam Aristophanes [2]) nub. 627. 814; tum accusatores iudiciarios crimen sumptum de numinibus novis a Socrate inductis non solum *δαιμονίῳ* illo Socratico sed etiam ea re, quod per canem vel aliquam aliam bestiam vel

---

[1]) Cf. Menagii observationes in Diog. L. II 40; locis a Menagio enumeratis addi possunt: schol. ad Plat. apol. 21 E, ep. Socr. 17.

[2]) Cf. Hirzel, Der Eid, Leipzig 1902, p. 101.

rem iuraret, confirmavisse sequitur ex verbis Socratis se defendentis apud Xenophontem apol. 24 *οὔτε γὰρ ἔγωγε ἀντὶ Διὸς καὶ Ἥρας καὶ τῶν σὺν τούτοις θεῶν οὔτε θύων τισὶ καινοῖς δαίμοσιν οὔτε ὀμνὺς οὔτε νομίζων ἄλλους θεοὺς ἀναπέφηνα.* Atque accusatores illos crimen *ἀσεβείας* etiam argumentis promptis de iuramentis Socraticis demonstravisse narrat Iosephus c. Apion. II 37, 2 *ὅτι καινοὺς ὅρκους ὤμνυε, κτλ.* Posterioribus temporibus iusiurandum Socraticum illusit etiam Lucianus vit. auct. 16. Maxime vero ex auctoribus Christianis Socratem propter illud iuramentum vituperaverunt, et quod illud nihil ei ad beatitudinem aeternam profuisset, Theophilus ad Autol. III 2, et quod hac iurandi formula „*in contumeliam deorum*“ usus esset, Tertullianus apolog. 14, ad nat. I 10, et quod vel religionem cavillari voluisset vel bestias deos esse credidisset Lactantius inst. div. III 20, 15. Formulam igitur illam a Socrate in iurando usurpatam, ut Aristophani et accusatoribus iudiciariis ceterisque Socratis calumniatoribus materiam variorum Socratis opprobriorum praebuit, ita Polycrati facultatem criminis, quod continetur periurio a Socrate docto, dedisse verisimillimum est. Praeterea autem Polycrates criminis huius argumentum ex aliquibus Socratis colloquiis fortasse deducere poterat, in quibus, ut furari, sacrilegia facere, fraudare, ita etiam iuramenta rumpere interdum licere fortasse censuerat, non minus quam periuria nonnumquam permissa esse existimavit auctor dissertationum illarum, quae inscribuntur *διαλέξεις* sive *δισσοὶ λόγοι*, l. l. ed. Diels, p. 641, 23–27, imprimis: *ἤδη ἄρα δίκαιον καὶ τὸ ἐπιορκεῖν.* Ac profecto Polycratem Socrati, quod iura iuranda non servanda esse doceret, obiecisse sequitur ex verbis Libanianis § 110, p. 74, 18—75, 2 *δείξας, ὦ τάν, ἐπιωρκηκότα πολλαχοῦ τὸν ἄνθρωπον καὶ συγχέαντα πίστεις* .˙. . Utique autem Polycrates totius quinti accusationis capitis radices in ipsis Socratis doctrinis invenit; eum igitur morum illorum temporibus belli Peloponnesiaci corruptorum ac plane solutorum, quos tristissimis coloribus depingit Thucydides III 82—83, auctorem, etsi non unicum, fuisse Polycrates non sine aliqua causa iusta arguere potuit.

VI. Item etiam vitia illa clandestina, quae sexto accusationis capite Socrati imputavit, Polycrates ex vita Socratis ipsa videtur repetivisse. Quamquam enim Socratem libidinibus impudicis minime captum, sed continentissimum et castissimum fuisse memoriae tradiderunt et Plato, imprimis symp. 216 D — 219 E, et Xenophon comm. Socr. I 3, 14, IV 1, 2, tamen non desunt auctorum veterum testimonia fide digna, quibus Socrates ad res venereas proclivis fuisse narratur. Ac Socratem libidinosum fuisse ostendit Zopyri, physiognomonis illius, de Socrate iudicium, sive verum est sive fictum[1]); tum Socratem *σφοδρότατον περὶ τὰ ἀφροδίσια* fuisse scripserat Aristoxenus Tarentinus[2]), cuius in vita Socratis enarranda fons non tam ullus liber[3]), quam Spintharus pater eius, Socratis familiaris, fuit[4]). Socratem igitur, etsi non senem, qua tantummodo aetate Plato et Xenophon illum noverant, tamen vel adulescentem vel iuvenem libidini deditum fuisse, Polycrati igitur moribus suis criminis sexti facultatem praebuisse ex Zopyri Aristoxenique testimoniis colligendum videtur esse. Atque ut Socrati obiceret, quod cum adulescentibus vitia turpissima locis secretis atque occultis factitaret, Polycrates ea re videtur adductus esse, quod profecto Socrates non solum locis publicis cum quolibet homine occurrenti de rebus quibusvis philosophatus esse, sed etiam coram paucissimis amicis loco clauso consuetudines habuisse videtur[5]).

VII. Septimi vero accusationis capitis causam Polycratem in Socratis ipsius vita et moribus repperisse fere manifestum est.

1. Socrati enim, quod cives a quaestibus retineret, Polycrates ea de causa iure obicere poterat, quod cura rerum do-

[1]) Auctorum locos, quibus de Socrate et Zopyro narrationes inveniuntur, contulit Foerster, Scriptores physiognomonici, Lipsiae 1893, t. I. proll. p. VIII—XIII.

[2]) Müller FHG II p. 280.

[3]) Cf. Foerster, Script. physiog. l. l. p. XI—XIII.

[4]) Cf. Cyrillum c. Iulian. VI 185 B *λέγει δὲ ὁ Ἀριστόξενος ἀφηγούμενος τὸν βίον τοῦ Σωκράτους ἀκηκοηκέναι Σπινθάρου τὰ περὶ αὐτοῦ. ὃς ἦν εἷς τῶν τούτῳ ἐντυχόντων.*

[5]) Cf. Diels, Über die ältesten Philosophenschulen der Griechen, in Philos. Aufs. Ed. Zeller gewidmet, Leipzig 1887, p 257 [1]. — Schanz l. l. p. 45.

mesticarum plane neglecta otiosus per forum, vias, officinas, gymnasia vagatus et sermonibus suis ceterorum opera impediebat et cum exemplo tum doctrina opifices a suo quemque negotio abstrahebat; ac se alios ne quaestui nimis studerent, adhortatum esse Socrates ipse confitetur apud Platonem apol. 29 D — 30 C.

2. Crimen autem, quo Socratem a re publica administranda et ipsum abstinere et alios avertere arguit, Polycratem ex Socratis ipsius vivendi ratione sumpsisse inde sequitur, quod Socrates ipse sedulo neque ipsum ad rem publicam accessisse et aliis munera gerenda se dissuasisse narrat apud Platonem apol. 23 B, 31 C—D, 36 B—C. Eiusmodi autem viros a re publica alienos, quales fuerunt et Socrates ipse et plurimi sectatores eius, velut Antisthenes, Plato, non modo Polycrates *ἀχρήστους* appellavit, sed eodem vel simili nomine tales eorumque studia notaverunt et Pericles apud Thucydidem II 40, 2 *τόν τε μηδὲν τῶνδε μετέχοντα οὐκ ἀπράγμονα ἀλλ' ἀχρεῖον νομίζομεν*. et Callicles apud Platonem Gorg. 486 D *ὑπάρχει τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ, κἂν πάνυ εὐφυὴς ᾖ, ἀνάνδρῳ γενέσθαι*, et Isocrates or. X 5 *πολὺ κρεῖττόν ἐστι περὶ τῶν χρησίμων ἐπιεικῶς δοξάζειν ἢ περὶ τῶν ἀχρήστων ἀκριβῶς ἐπίστασθαι*, et [Lysias] or. XXXIII 3 *ἡγοῦμαι γὰρ ταῦτα ἔργα μὲν εἶναι σοφιστῶν λίαν ἀχρήστων*. Quod opprobrium philosophis vulgo Athenis illatum repellit Plato pol. VI 487 D — 489 D.

3. Polycratem autem, cum Socrati, quod civitatem vectigalibus propter paupertatem non pensitatis iniuria afficeret, crimini tribuit, Socratem non iniuste aut improbe sed secundum Cannoni legem accusavisse iam supra p. 44–45 commemoravimus. Ac vulgo vivendi rationem, quam Socrates sequebatur nullo paupertatis remedio usus, apud Athenienses turpem ac vituperandam habitam esse cognoscitur et ex Periclis verbis apud Thucydidem II 40, 1 *τὸ πένεσθαι οὐχ ὁμολογεῖν τινι αἰσχρόν, ἀλλὰ μὴ διαφεύγειν ἔργῳ αἴσχιον*, et inde quod Socratem propter perpetuam egestatem et pecuniae despectum illudit et vituperat Eupolis, frg. 352, ed. Kock t. I p. 351, et inde quoda crimine paupertatis non evitatae Socratem aperte tuetur Demetrius Phalereus l. l. (cf. supra p. 39).

Polycratem igitur, cum crimen, quo Socratem, quod cives inertes ac pigros redderet, accusavit, argumentis sumptis ex

vita Socratis ipsa demonstraverit, illud non in Socratem Antisthenicum scripsisse, quod Ioël l. l. II 2 p. 1134—1135 arbitratur, sed *νόμον ἀργίας*[1]) Athenis constitutum in Socratem ipsum adhibuisse apertum est.

VIII. Atque etiam Alcibiadis et Critiae educationem, quam octavo accusationis capite Socrati crimini vertit, Polycrates ex vita Socratis ipsius prompsit. Alcibiadi enim cum Socrate familiaritatem fuisse testantur imprimis et Aristippus *ἐν τετάρτῳ περὶ παλαιᾶς τρυφῆς* apud Diog. L. II 23 et Plato cum multis locis tum symp. 215 A — 223 A et Xenophon, qui Socratem ab hoc crimine defendens Alcibiadem Socratis disciplina usum esse minime negat comm. Socr. I 2, 16. 26. 39—47. Ante Polycratem autem a nullo auctore in libris, itaque ne ab Antisthene quidem, Alcibiadem Socrati discipulum tributum esse, Polycratem igitur huius criminis materiam ex Antisthenis libris, ut Ioël l. l. II 2 p. 1126—1127 opinatur, minime repetivisse sequitur ex Isocratis verbis or. XI 5 *ὃν* (sc. *τὸν Ἀλκιβιάδην*) *ὑπ' ἐκείνου* (sc. *τοῦ Σωκράτους*) *οὐδεὶς ᾔσθετο παιδευόμενον*. Isocrates igitur tantummodo Alcibiadem a Socrate educatum esse vel quemquam hanc educationem animadvertisse negat, Alcibiadi cum Socrate consuetudinem fuisse non negat. Sin autem Socrati cum Alcibiade fuit familiaritas, facile quispiam, velut Polycrates, Socratem multarum gravissimarum calamitatum, quas Alcibiades civitati paravit, participem, quin etiam, cum Alcibiade natu maior esset, auctorem fuisse contendere poterat. Atque Anytus et in iudicio et apud Polycratem Socrati, quod Alcibiadem corrupisset, eo magis obicere potuit, quo aegrius fortasse ferebat, quod Alcibiades, cuius amator fuisse traditur[2]), suum ipsius amorem aspernatus Socratem sibi praetulisset.

Critiam autem, qui *μισοδημότατος* appellatur a Theramene apud Xenophontem hist. Gr. II 3, 47, non minus quam Socrates a Polycrate *μισόδημος* apud Libanium § 53, p. 43, 18, in numero Socratis sectatorum fuisse ostendunt imprimis et Plato in multis dialogis: Criti. Charm. Prot. Tim. et Xenophon comm. Socr.

---

[1]) Cf. Meier-Schömann-Lipsius l. l. p. 364. — Thonissen l. l. p. 363—365.

[2]) Cf. Cobet N. L. p. 673—675.

I 2, 14—16. 26. 29—30. Ac non solum Polycratem, sed vulgo Athenienses culpam facinorum a Critia in rem publicam commissorum etiam in Socratem contulisse cognoscitur ex Aeschinis testimonio supra p. 34 allato. Polycrates autem Critiam cum Alcibiade eo magis componere poterat, quod Critias se ipsum Alcibiadis laudatorem praebet *ἐν τῇ εἰς Ἀλκιβιάδην ἐλεγείᾳ*, ed. Diels, Frg. der Vorsokr.[2] II 1 p. 614. Polycrati igitur, ut Socratem aut Alcibiadis aut Critiae magistrum fuisse demonstrare posset, Antisthenis libros adire, ut Ioël l. l. II 2 p. 1126—1131 existimat, minime opus fuit.

IX. Noni autem accusationis capitis, quo Socrates sophista fuisse arguitur, materiam Polycratem ex vita Socratis ipsa accepisse inde sequitur, quod multi aequales Socratem, cum et in studiis et in disciplina nonnulla ei cum sophistis, qui dicuntur, communia fuerint[1]), cum sophistis plane aequiperabant (cf. p. 18). Ac praeter Aristophanem et accusatores iudiciarios et Polycratem prorsus sophistam appellaverunt Socratem imprimis Aeschines l. l.: *Σωκράτην μὲν τὸν σοφιστὴν ἀπεκτείνατε*, et posterioribus temporibus Aelius Aristides or. 46, II p. 407 Dind. *λέγω δὴ τοὺς σοφούς, καὶ πάλιν αὖ Σωκράτην σοφιστὴν τοῦτον τὸν πάνυ.* — Quam periculosa autem ac noxia statui rei publicae esse Socratis cum civibus et adulescentibus colloquia triginta tyranni arbitrati sint simulque Socratem ab iis pro sophista dicendi peritissimo habitum esse inde apparet, quod Critiam et Chariclem eum dicendi artem docere vetuisse memoriae prodidit Xenophon comm. Socr. I 2, 31–38 (cf. p. 28–29). — Singulis autem argumentis ad nonum accusationis caput confirmandum adhibitis Polycratem nonnullos Antisthenis doctrinas vel libros respexisse atque impugnavisse, quod Ioël l. l. II 2 p. 1132 existimat, verisimile est, sicut etiam Ulixem propter Palladium raptum gravissime punitum esse explicans cum Antisthenis declamatione, quae inscribitur *Ὀδυσσεύς*, certavisse videtur (cf. p. 48—49).

1. Polycrates enim, cum Athenienses de sophistis gravissimis poenis affectis, de Anaxagora, Protagora, Diagora, Damone

---

[1]) Cf. Curtius l. l. III p. 93. — Ed. Meyer, Geschichte des Altertums, IV p. 443.

admonuit, aggressus esse videtur favorem, quo Antisthenes Anaxagoram, Protagoram, Damonem[1]), Prodicum, Hippiam[2]) prosequebatur.

2. Viros autem illos sophistarum consuetudinibus non usos de civitate Atheniensium optime meritos laudans respondisse videtur ad Antisthenis dialogum *πολιτικός* inscriptum, in quo Antisthenem in viros illos in re publica versatos gravissime invectum esse testatur Athenaeus deipnos. V 220 D: *ὁ δὲ πολιτικὸς αὐτοῦ διάλογος ἁπάντων καταδρομὴν περιέχει τῶν Ἀθήνησι δημαγωγῶν.*

3. Ac viros illos propter sapientiam clarissimos, Biantem, Melissum, Thalem, Pythagoram calumniatus Polycrates, quod patriis suis seditionum et dominationum alienarum auctores fuissent, refutare voluisse videtur Antisthenis doctrinam, qua eum, ut viri sapientes in civitatibus principatum obtinerent, postulavisse verisimillimum est[3]), non minus quam re vera, ut philosophi reges fiant, postulat Plato, imprimis pol. V 473 D.

Polycratis igitur crimina atque argumenta in Socratem prolata non tantummodo ficta atque commenticia fuerunt neque ulla fide caruerunt; illum igitur *τὴν κατηγορίαν Σωκράτους* totam in eum Socratem, cuius mores et doctrinas Antisthenes in libris suis descripsisset, composuisse, id quod Ioël l. l. II 2 p. 1124—1136 arbitratur, hanc opinionem probari non posse iam satis mihi ostendisse videor, etsi Polycratem nonnullis argumentis suis Antisthenis doctrinas aggressum esse verisimillimum est. Nec rectius esse, quod Schanz l. l. p. 51—53 existimat, Polycratem tria accusationis capita, primum, tertium, alteram partem quarti, ex aliquibus aliis dialogis Socraticis delibavisse apertum est. Attamen laudibus, quibus Socratici, imprimis Antisthenes et Plato, amicum iniuste capitis damnatum efferrent[4]), accusationem illam provocatam esse verisimilli-

[1]) Cf. Ioël l. l. II 1 p. 142—143. 159—161, II 2 p. 1132.

[2]) Cf. Xen. symp. IV 62.

[3]) Cf. Ioël l. l. II 2 p. 791: *„nur der (kynische) Weise ist der wahre König“*.

[4]) Cf. Isocr. or. XI 6 *τῶν ἐπαινεῖν αὐτὸν εἰθισμένων.* — Xenophon apol. 1 *γεγράφασι μὲν οὖν περὶ τούτου καὶ ἄλλοι.*

mum videtur esse. Etenim Polycratem ab Anyto, cum Atheniensium de Socrate opiniones laudibus illis verterentur ac mutarentur, verito ne in odium civium veniret, ad libellum illum scribendum, ut Socratem iuste ac merito capitis damnatum esse demonstraret utque odium Atheniensium ab accusatoribus removeret, adductum esse eo certius est, quod Anytum hanc accusationem dicentem induxit, hunc igitur libellum non suo ipsius, sed Anyti nomine prodire iussit. Quod idem de indole atque consilio accusationis Polycrateae iudicant Bruns[1]), Ed. Meyer[2]), Röck[3]). Itaque Themistii testimonium supra p. 33 allatum: . . . *ὑπὸ τοῦ λόγου, ὃν ξυνέγραψε Πολυκράτης, Ἄνυτος δὲ ἐμισθώσατο,* non ita contemnendum est, ut Cobet, N. L. p. 665 existimat. Polycratis autem libellum stultam et miseram declamationem esse tantumque exercitationem scholasticam ingenii modo ostentandi gratia compositam, quod ut iam Quintilianus inst. orat. II 17, 4 ita plurimi viri docti recentiores, Bentley[4]), Cobet, N. L. p. 662—663, Schenkl l. l. p. 3, Hartmann l. l. p. 105, Duemmler[5]), Blass l. l. [2] II p. 368, Schanz l. l. p. 51, Gercke l. l. praef. p. XLIII—XLIV, Menzel l. l. p. 4. 38, Schmid[6]) crediderunt, hae opiniones iniustae ac falsae inde fluxerunt, quod Isocrates in Busiride (or. XI), ut Polycrati aemulo suo obtrectaret, eius accusationem Socratis imminuere studebat. Polycratis vero in Socratem declamationem anno 399 a. Chr. Athenis in iudicio habitam esse, quod Quintilianus inst. orat. II 17, 4, Themistius l. l., auctor argumenti Busiridis Isocratei, auctor ep. Socr. 14, Suidas s. v. *Πολυκράτης*, ex viris doctis recentioribus

[1]) Das literarische Porträt der Griechen, Berlin 1896, p. 193—194.

[2]) l. l. p 384: *Vereinzelt stellten die Redner ihre Kunst auch den politischen Bestrebungen zur Verfügung, so . . .* ***Polykrates*** *in seiner Anklageschrift gegen Sokrates, die offenbar zur Abwehr des Plato und anderer Sokratiker auf Betreiben des Anytos und seiner Gesinnungsgenossen verfasst ist, und auf die dann wieder Lysias mit einer Verteidigungsrede antwortete.*

[3]) Der unverfälschte Sokrates, der Atheist und „Sophist", und das Wesen aller Philosophie und Religion, Innsbruck 1903, p. 181.

[4]) Dissertatio de epistolis Socratis 6, Latine in Socratis et Socraticorum quae feruntur epistolarum editione, rec. Orelli. Lipsiae 1815, p. 410 sqq.

[5]) Akademika, Giessen 1889, p 32: *„das dumme Pamphlet des Polykrates"*.

[6]) Berl. phil. Wochenschr. 1909, p. 393: *„ein παίγνιον wie Polykrates' κατηγορία Σωκράτους"*.

Leo Allatius[1]) atque etiam Bernhardy ad Suidam s. v. *Πολυκράτης* putaverunt, istae opiniones, quas iam Favorinus apud Diogenem L. II 39 et Bentley l. l. p. 410—415 falsas ac futiles esse demonstraverunt, vix dignae sunt, quae commemorentur.

Qua autem aetate Polycrates accusationem Socratis composuerit, ex declamatione ipsa definiri ac stabiliri potest. Auctorem enim, cum muros a Conone sex annis post Socratis mortem restitutos commemoraverit, quod Favorinus l. l. testatur, accusationem illam non multo post eos muros aedificatos, sed donec Cononis de re publica merita in omnium Atheniensium ore essent, quin etiam, dum muri struerentur, scripsisse verisimillimum est; itaque Polycratis *τὴν κατηγορίαν Σωκράτους* anno 393 vel 392 compositam atque editam esse colligere velim.

Cum igitur singula crimina et argumenta atque consilium accusationis Polycrateae iam satis sint perspecta, cetera quoque vestigia huius libelli indagare summi erit momenti. Atque cum illa declamatio Lysiam, Isocratem, Xenophontem, fortasse Theodectem et Demetrium Phalereum, atque etiam posterioribus temporibus Libanium ad refutandum lacesseret, etiam Platonem, Socratis amicum et sectatorem et acerrimum defensorem, illa accusatione, ut crimina et argumenta in illa prolata destrueret, commotum esse vel per se verisimile est. At apologiam Socratis, cum in hac modo accusatores iudiciarii refutentur, Polycratis vero crimina et argumenta omnino non respiciantur, ante Polycratis accusationem, ante annum igitur 393 scriptam esse manifestum est[2]). Sed in aliis libris Platonem Polycratis declamationem tangere iam nonnulli intellexerunt. Atque hic quidem nonnullos locos e parte iam aliis cognitos, quibus Plato

[1]) De scriptis Socratis dialogus, in Socratis et Socraticorum quae feruntur epistolarum editione, rec. Orelli, p. 361.

[2]) Xenophontis apologia Socratis, etsi in hac Polycratis libellus non respectus est, id quod Beyschlag l. l. p. 13—14, Christ-Schmid l. l. p. 479. 481 non recte arbitrantur, tamen post annum 393 scripta esse potest, eo temporis spatio, quo Xenophonti Polycratis accusatio nondum in manus venerat; re enim vera Xenophontis apologiam post Anyti mortem demum compositam esse sequitur ex § 31 *Ἄνυτος . . . καὶ τετελευτηκὼς τυγχάνει κακοδοξίας*.

Polycratis τὴν κατηγορίαν Σωκράτους respexerit [1]), afferre mihi liceat.

Ac primum quidem Polycratis crimina atque argumenta Plato dissolvit in dialogo, qui inscribitur *Γοργίας*, his locis singulis:

1) * [2]) 455 E *οἶσθα γὰρ δήπου ὅτι τὰ νεώρια ταῦτα καὶ τὰ τείχη τὰ Ἀθηναίων καὶ ἡ τῶν λιμένων κατασκευὴ ἐκ τῆς Θεμιστοκλέους συμβουλῆς γέγονε, τὰ δ' ἐκ τῆς Περικλέους, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῆς τῶν δημιουργῶν.*

2) * [2]) 519 A *ἄνευ γὰρ σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης λιμένων καὶ νεωρίων καὶ τειχῶν καὶ φόρων καὶ τοιούτων φλυαριῶν ἐμπεπλήκασι τὴν πόλιν.*

Quibus locis Plato alludere videtur ad illud Polycratis argumentum, quo inter Cononis de re publica merita muros restitutos commemoravit, simulque, cum muros, portus, alia eiusmodi urbis munimenta nullius esse pretii contendit, hoc Polycratis argumentum adoritur.

3) * [2]) 503 C *Θεμιστοκλέα οὐκ ἀκούεις ἄνδρα ἀγαθὸν γεγονότα καὶ Κίμωνα καὶ Μιλτιάδην καὶ Περικλέα . . .;*

4) * [3]) 515 C—519 A.

Quibus locis Platonem, cum viros illos clarissimos in re publica versatos gravissimis poenis affectos esse atque, quamquam a multis, quod urbem magnam reddiderint, laudentur, tamen re vera ruinae rei publicae auctores esse contendat, fortasse Antisthenis dialogum *πολιτικός* inscriptum secutum (cf. p. 56), Polycratis in viros illos laudes spectare ac redarguere manifestum est. Hac autem re a Polycrate discedit, quod Cimonem et Periclem inducit a Polycrate non laudatos; Aristidem vero a Polycrate apud Libanium § 155, p. 104, 3 commemoratum in serie virorum vituperatorum praetermittit, sed cum Polycrate consentiens egregie praedicat Gorg. 526 B *εἷς δὲ καὶ πάνυ ἐλλόγιμος γέγονε καὶ εἰς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου· οἱ δὲ πολλοί, ὦ ἄριστε, κακοὶ γίγνονται τῶν δυναστῶν.*

[1]) Locos iam ab aliis investigatos * significavi.
[2]) Cf. Gercke l. l. praef. p. XLIII—L.
[3]) Cf. Gercke l. l. praef. p. XLVII.

5) 469 CD, imprimis: *ΠΩΛ. σὺ ἄρα τυραννεῖν οὐκ ἂν δέξαιο; — ΣΩ. οὔκ, εἰ τὸ τυραννεῖν γε λέγεις ὅπερ ἐγώ. — . . . κτλ.*

6) 473 D.

7) 525 D.

8) 526 A.

Quibus locis Plato, cum Socratem minime tyrannicum fuisse, immo vero magnam potentiam tyrannis ipsis noxiam esse arbitratum ostendit, crimen illud repellit Socrati a Polycrate obiectum, quod tyrannicus esset aliosque tyrannicos faceret (cf. p. 6—7).

9) 481 D *ἐγώ τε καὶ σὺ νῦν τυγχάνομεν ταὐτόν τι πεπονθότες, ἐρῶντε δύο ὄντε δυοῖν ἑκάτερος, ἐγὼ μὲν Ἀλκιβιάδου τε τοῦ Κλεινίου καὶ φιλοσοφίας, σὺ δὲ τοῦ τε Ἀθηναίων δήμου καὶ τοῦ Πυριλάμπους.*

10) 519 A *σοῦ δὲ ἴσως ἐπιλήψονται, ἐὰν μὴ εὐλαβῇ, καὶ τοῦ ἐμοῦ ἑταίρου Ἀλκιβιάδου.*

Quibus locis Platonem crimen sumptum de Alcibiade ut de Socratis discipulo a Polycrate excogitatum tangere apertum est.

11) 483 C — 484 C, imprimis: *οὕτω τὸ δίκαιον κέκριται, τὸν κρείττω τοῦ ἥττονος ἄρχειν καὶ πλέον ἔχειν . . .*

Quo loco Plato Calliclem easdem de iure ac legibus sententias facit pronuntiantem, quas Socratem propagavisse Polycrates arguit. Ac Platonem Polycratis declamationem respicere inde apparet, quod Callicles doctrinam suam iisdem versibus Pindaricis confirmat, quos Polycrates in crimine illo illustrando attulit, quo Socrati exprobravit, quod versibus illis usus homines humiles ac pauperes legibus atque iustitia contemptis opprimendos vimque adhibendam esse doceret (cf. p. 11).

12) *[1]) 484 CD.

13) *[2]) 485 DE.

Quibus locis Platonicis Callicles philosophis idem opprobrium infert, quod Polycrates Socrati obiecit, quod piger atque iners esset, atque quod alios inertes redderet, atque quod sectatores eius homines inutiles essent (cf. p. 16—17).

14) 486 A *εἴ τις σοῦ λαβόμενος ἢ ἄλλου ὁτουοῦν τῶν*

[1]) Cf. Gercke l. l. p. 90—91 [15].

[2]) Cf. Gercke l. l. p. 93 [10].

τοιούτων εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπάγοι, φάσκων ἀδικεῖν μηδὲν ἀδικοῦντα, οἶσθ' ὅτι οὐκ ἂν ἔχοις ὅτι χρήσαιο σαυτῷ.

Quo loco Plato, cum accusatorem a Callicle commemoratum Socrati obicientem fingat, quod iniuriam faciat, non solum de formula accusationis iudiciariae videtur cogitare, sed etiam de Polycratis argumentis, quibus Socratem iniuriam facere arguit (cf. p. 16. 17).

15) 486 B *εἰς τὸ δικαστήριον ἀναβάς, κατηγόρου τυχὼν πάνυ φαύλου καὶ μοχθηροῦ, ἀποθάνοις ἄν.*

Quo loco Plato, cum non complurium accusatorum sed unius faciat mentionem pessimi ac molestissimi, non tam tres illos accusatores quam Polycratem in animo videtur habuisse.

16) *[1]) 515 E *ταυτὶ γὰρ ἔγωγε ἀκούω, Περικλέα πεποιηκέναι, Ἀθηναίους ἀργοὺς καὶ δειλοὺς καὶ λάλους καὶ φιλαργύρους, εἰς μισθοφορίαν πρῶτον καταστήσαντα.*

Quo loco Plato crimen illud VII., quo Polycrates Socratem et cum eo philosophos accusavit, quod cives inertes atque otiosos facerent, auctum et amplificatum in Periclem et cum illo omnino in viros in re publica versatos vertit.

17) *[2]) 522 B *ἐάν τέ τίς με ἢ νεωτέρους φῇ διαφθείρειν ἀπορεῖν ποιοῦντα, ἢ τοὺς πρεσβυτέρους κακηγορεῖν λέγοντα πικροὺς λόγους, ἢ ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ, οὔτε τὸ ἀληθὲς ἕξω εἰπεῖν . . . κτλ.*

Quo loco Plato alludere videtur ad illud crimen a Polycrate in Socratem prolatum, quod apud adulescentes patrum hominumque natu maiorum auctoritati detrectaret (cf. p. 8—9).

Hunc igitur dialogum, cum Polycratis argumenta in eo aperte occurrant cumque gravissima crimina Socrati simulque philosophis obiecta redarguantur, post Polycratis *τὴν κατηγορίαν Σωκράτους* et contra illam scriptum esse manifestum est; non igitur cum Schanzio l. l. p. 111—112 aut Wilamowitzio[3]) aut Hirzelio[4]) facere possum Platonis Gorgiam ante Polycratis accusationem Socratis compositum esse existimantibus, sed

---

[1]) Cf. Gomperz l l. II p. 569.

[2]) Cf. Gercke l. l. praef. p. XLV et p. 174 [17].

[3]) Aristoteles und Athen, Berlin 1893, I p. 183 [89]. — Sitzungsber. der Kgl. Preuss. Akad. der Wiss. zu Berlin 1899, p 781.

[4]) Der Dialog, Leipzig 1895, I p. 126 [1].

Gerckio l. l. praef. p. XLIV—L, quem etiam Gomperz l. l. II p. 569 sequitur, Platonem hoc dialogo ad declamationem illam respondere censenti assentior.

Deinde Plato Polycratis accusationem Socratis spectat nonnullis locis dialogi, qui inscribitur *Μένων:*

1) 81 D *οὔκουν δεῖ πείθεσθαι τούτῳ τῷ ἐριστικῷ λόγῳ· οὗτος μὲν γὰρ ἂν ἡμᾶς ἀργοὺς ποιήσειεν, καὶ ἔστιν τοῖς μαλακοῖς τῶν ἀνθρώπων ἡδὺς ἀκοῦσαι, ὅδε δὲ ἐργατικούς τε καὶ ζητητικοὺς ποιεῖ.*

2) 86 B *οἰόμενοι δεῖν ζητεῖν, ἃ μή τις οἶδεν, βελτίους ἂν εἶμεν καὶ ἀνδρικώτεροι καὶ ἧττον ἀργοὶ ἢ εἰ οἰοίμεθα, ἃ μὴ ἐπιστάμεθα μηδὲ δυνατὸν εἶναι εὑρεῖν.*

Quibus locis Plato, cum homines sermonibus controversis inertes, vera philosophia non inertes, sed magis strenuos fieri iudicat, crimen Polycratis VII. repellit, quo Socrati nec minus omnino philosophis obiecit, quod cives inertes redderent.

3) *[1]) 90 AB *Ἄνυτος ... ὅδε πρῶτον μέν ἐστι πατρὸς πλουσίου τε καὶ σοφοῦ Ἀνθεμίωνος, ὃς ἐγένετο πλούσιος οὐκ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου, οὐδὲ δόντος τινός, ... ἀλλὰ τῇ αὑτοῦ σοφίᾳ κτησάμενος καὶ ἐπιμελείᾳ, ἔπειτα καὶ τὰ ἄλλα οὐχ ὑπερήφανος δοκῶν εἶναι πολίτης οὐδὲ ὀγκώδης τε καὶ ἐπαχθής, ἀλλὰ κόσμιος καὶ εὐσταλὴς ἀνήρ· ἔπειτα τοῦτον εὖ ἔθρεψεν καὶ ἐπαίδευσεν, ὡς δοκεῖ Ἀθηναίων τῷ πλήθει· αἱροῦνται γὰρ αὐτὸν ἐπὶ τὰς μεγίστας τιμάς.*

Quibus verbis Plato Anyto, quem Polycrates accusationem suam Socratis fecit dicentem, ut homini novo a vulgo Atheniensium plurimi aestimato, insultat; quod maxime perspicuum fit ex 90 C: *τί δ' εἰ σκυτοτόμον ἀγαθὸν βουλοίμεθα γενέσθαι, ἆρ' οὐ παρὰ τοὺς σκυτοτόμους;* (sc. *αὐτὸν ἂν πέμποιμεν διδασκάλους*). Quantopere enim Anytus Socrati, quod negotium coriorum conficiendorum saepissime exempli gratia in sermonibus commemoravisset, iratus esset et Lysias et cum alii auctores tum Libanius memoriae tradiderunt (cf. p. 38).

4) *[1]) 91 B—92 C, imprimis: *ΣΩ. οἶσθα δήπου καὶ σύ,*

[1]) Cf. Hirzel, Rh. M. 42, 1887, p. 249.

ὅτι οὗτοί εἰσιν οὓς ἄνθρωποι καλοῦσι σοφιστάς. – . . . – *ΣΩ. ἄπειρος ἄρ' εἶ παντάπασι τῶν ἀνδρῶν; . . . κτλ.*

Quibus locis Plato, cum Socratem a sophistis qui dicebantur diversum et Anytum sophistarum plane ignarum esse ostendit, et Polycratis crimen IX. et omnino „Anyti" in sophistas impetus repellit.

5) *[1]) 92 E — 94 B, imprimis: 93 C: *ΣΩ. . . . Θεμιστοκλέα οὐκ ἀγαθὸν ἂν φαίης ἄνδρα γεγονέναι; — ΑΝ. ἔγωγε πάντων γε μάλιστα* . . . . 94 A: *ΣΩ. ἄλλον δὲ δὴ σκεψώμεθα, Ἀριστείδην τὸν Λυσιμάχου· ἢ τοῦτον οὐχ ὁμολογεῖς ἀγαθὸν γεγονέναι; — ΑΝ. ἔγωγε, πάντως δήπου. . . . κτλ.*

Quibus locis Plato, cum Socratem Anyto viros illos clarissimos in re publica versatos, Themistoclem, Aristidem, quos Anytus apud Polycratem ut viros sine sophistarum disciplina optimos factos laudavit, quicquam virtutis suae filiis suis tradere nequivisse inducit demonstrantem, et ad illud Polycratis argumentum alludit et simul, si fortasse nonnulli Socratis sectatores non viri optimi facti sint, crimen *διαφθορᾶς τῶν νέων*, cum virtus docendo aliis inculcari non possit, a Socrate removet.

6) 95 D — 96 A, imprimis: *ΣΩ. οἶσθα δὲ ὅτι οὐ μόνον σοί τε καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς πολιτικοῖς τοῦτο δοκεῖ τοτὲ μὲν εἶναι διδακτόν, τοτὲ δ' οὔ, ἀλλὰ καὶ Θέογνιν τὸν ποιητὴν οἶσθ' ὅτι ταὐτὰ ταῦτα λέγει;* . . . 96 A: *ἐννοεῖς ὅτι αὐτὸς αὑτῷ πάλιν περὶ τῶν αὐτῶν τἀναντία λέγει;*

Quo loco Plato, cum Theognidis opiniones sibi non constare demonstrat, vanum ac futile esse illud argumentum ostendit, quo Polycrates Socrati exprobravit, quod et aliorum poetarum et Theognidis versibus ad malas res docendas abuteretur.

Atque etiam in primo *πολιτείας* libro ad Polycratis *τὴν κατηγορίαν Σωκράτους* nonnulla videntur pertinere:

1) I 328 D *καὶ μέν, ἦν δ' ἐγώ* (Socrates loquitur), *ὦ Κέφαλε, χαίρω γε διαλεγόμενος τοῖς σφόδρα πρεσβύταις.*

Quo loco Plato, cum Socratem se libentissime cum viris aetate provectis colloqui facit dicentem, crimen a Polycrate

---

[1]) Cf. ib. p. 250.

Socrati illatum, quod cum adulescentibus modo colloqueretur (cf. p. 15), falsum esse ostendit.

2) I 334 AB *κλέπτης ἄρα τις ὁ δίκαιος, ὡς ἔοικεν, ἀναπέφανται· καὶ κινδυνεύεις παρ᾽ Ὁμήρου μεμαθηκέναι αὐτό. καὶ γὰρ ἐκεῖνος τὸν τοῦ Ὀδυσσέως πρὸς μητρὸς πάππον Αὐτόλυκον ἀγαπᾷ τε καί φησιν αὐτὸν πάντας ἀνθρώπους κεκάσθαι κλεπτοσύνῃ θ᾽ ὅρκῳ τε* [τ 395—396].

Quo loco Plato illudere videtur argumentum, quo Polycrates Socratem accusavit (cf. p. 13), quod Autolyci periuria fraudesque laudans adulescentes Homeri auctoritate usus ad eiusmodi facinora adhortaretur [1]).

Nec minime in libro, qui inscribitur *συμπόσιον*, Plato Polycratis accusationem Socratis ac nonnulla crimina et argumenta in illa prolata his locis singulis respicit:

1) 177 B *εἰ δὲ βούλει αὖ σκέψασθαι τοὺς χρηστοὺς σοφιστάς, Ἡρακλέους μὲν καὶ ἄλλων ἐπαίνους καταλογάδην συγγράφειν, ὥσπερ ὁ βέλτιστος Πρόδικος· καὶ τοῦτο μὲν καὶ ἧττον θαυμαστόν, ἀλλ᾽ ἔγωγε ἤδη τινὶ ἐνέτυχον βιβλίῳ, ἐν ᾧ ἐνῆσαν ἅλες ἔπαινον θαυμάσιον ἔχοντες πρὸς ὠφελίαν καὶ ἄλλα τοιαῦτα συχνὰ ἴδοις ἂν ἐγκεκωμιασμένα.*

Quo loco Plato totum genus scribendi Polycrateum tangit; quamquam enim utrum Polycrates *ἁλῶν ἐγκώμιον* scripserit [2]) an Alcidamas [3]), dubitari potest, tamen Platonem his verbis ad eiusmodi declamationes, quales Polycrates vel personas mythicas vel res cotidianas laudans scribebat, alludere apertum est.

2) 213 E *αὐτὸν δὲ νικῶντα ἐν λόγοις πάντας ἀνθρώπους, οὐ μόνον πρῴην, ὥσπερ σύ, ἀλλ᾽ ἀεί, ἔπειτα οὐκ ἀνέδησα.*

Quo loco Alcibiades eandem de Socrate dicit sententiam, quam Polycrates profert apud Libanium § 5, p. 16,$_{13-15}$ (cf. p. 18) Socratem dicendi peritissimum esse arguens.

3) 215 B—D, imprimis: *ἀλλ᾽ οὐκ αὐλητής; πολύ γε θαυμασιώτερος ἐκείνου· ὁ μέν γε δι᾽ ὀργάνων ἐκήλει τοὺς ἀνθρώ-*

---

[1]) Antistheni Platonem hoc loco irridere censet Joël l. l. II 2 p. 1136.

[2]) Cf. Baiter-Sauppe, Orat. Att. II p. 222.

[3]) Alcidamantem huius declamationis auctorem esse existimat Muenscher, Rh. M. 54 p. 256—257.

πους τῇ ἀπὸ τοῦ στόματος δυνάμει. . . . σὺ δ' ἐκείνου τοσοῦτον μόνον διαφέρεις, ὅτι ἄνευ ὀργάνων ψιλοῖς λόγοις ταὐτὸν τοῦτο ποιεῖς . . . κτλ.

Quo loco Plato alludere videtur ad illud Polycratis argumentum, quo Socratem cum mago comparans ei obiecit, quod adulescentes sermonibus incantaret (cf. p. 8).

4) 216 B *ξύνοιδα γὰρ ἐμαυτῷ ἀντιλέγειν μὲν οὐ δυναμένῳ, ὡς οὐ δεῖ ποιεῖν ἃ οὗτος κελεύει.*

5) 218 D *ἐμοὶ μὲν γὰρ οὐδέν ἐστι πρεσβύτερον τοῦ ὡς ὅτι βέλτιστον ἐμὲ γενέσθαι, τούτου δὲ οἶμαί μοι συλλήπτορα οὐδένα κυριώτερον εἶναι σοῦ. ἐγὼ δὴ τοιούτῳ ἀνδρὶ πολὺ μᾶλλον ἂν μὴ χαριζόμενος αἰσχυνοίμην τοὺς φρονίμους ἢ χαριζόμενος τούς τε πολλοὺς καὶ ἄφρονας.*

Quibus locis Plato Alcibiadem se Socratis consilia magis quam ullius hominis sequi confessum inducens congruit cum Polycrate, qui Socratem accusavit, quod adulescentes Socrati magis quam patribus obsequerentur.

6) 216 D *ὁρᾶτε γὰρ ὅτι Σωκράτης ἐρωτικῶς διάκειται τῶν καλῶν καὶ ἀεὶ περὶ τούτους ἐστὶν καὶ ἐκπέπληκται.*

Quo loco Plato rursus cum Polycrate consentit, qui Socratem adulescentes venari arguit (cf. p. 15).

7) 217 A. — 219 D.

Quo toto loco, quo Alcibiades ut Socratem ad res venereas illiceret se iterum ac saepius operam dedisse, Socratem vero minime quicquam turpe in se admisisse narrat, Plato opprobrium videtur repellere a Polycrate Socrati illatum, quod cum adulescentibus locis secretis turpia ageret (cf. p. 15).

8) 218 B *πάντες γὰρ κεκοινωνήκατε τῆς φιλοσόφου μανίας τε καὶ βακχείας· διὸ πάντες ἀκούσεσθε· συγγνώσεσθε γὰρ τοῖς τε τότε πραχθεῖσιν καὶ τοῖς νῦν λεγομένοις· οἱ δὲ οἰκέται, καὶ εἴ τις ἄλλος ἐστὶν βέβηλός τε καὶ ἄγροικος, πύλας πάνυ μεγάλας τοῖς ὠσὶν ἐπίθεσθε.*

Quo loco Plato, cum omnes, qui Socratis cum Alcibiade consuetudinem in suspicionem adducant vel calumnientur, servis et profanis et rusticis aequiperat, etiam Polycratem, qui Socratis aut mores aut doctrinas minime mente comprehenderit, notare videtur.

9) Ac profecto Platonem crimen iuventutis corruptae a Polycrate Socrati obiectum uno consuetudinum Socraticarum exemplo sumpto de Alcibiadis cum Socrate familiaritate repellere inde sequitur, quod ad verba Polycratis ipsa alludit, quae apud Libanium rursus occurrunt:

219 D *οὐδὲν περιττότερον καταδεδαρθηκὼς ἀνέστην μετὰ Σωκράτους, ἢ εἰ μετὰ πατρὸς καθηῦδον ἢ ἀδελφοῦ πρεσβυτέρου*[1]).	Liban. apol. Socr. § 102, p. 70, 17—71, 2 *πατέρων τε πρότερον ἄγοντες ἐκεῖνον, ὡς λέγεις, καὶ πρεσβυτέρων ἀδελφῶν.*

10) 219 E—221 C Plato, cum Alcibiadem Socratis summam strenuitatem et virtutem ac fortitudinem fingit praedicantem, redarguit crimen Polycratis VII., quo Socrati exprobravit, quod segnis ac piger esset aliosque inertes redderet.

Tota autem illa laudatione Socratis, quam Plato 215 A—222 B ab Alcibiade habitam fingit, vituperationi Socratis Polycrateae opposita[2]) crimen illud, quo Polycrates Socratem accusavit, quod Alcibiadem corrupisset, praeclare refutatur.

Fortasse etiam aliis librorum suorum locis Plato Polycratis accusationem Socratis impugnat ac refellit; at hic quidem omnes locos ad Polycratis declamationem pertinentes investigare longum est.

II. De ceterorum argumentorum a Libanio usurpatorum auctoribus.

Cum de accusatione a Libanio refutata iam satis videatur disputatum esse, transeamus ad fontes investigandos, e quibus Libanius reliquam materiem, et res et sententias, apologiae Socratis hauserit. Sed non omnium argumentorum a Libanio adhibitorum certae poterunt inveniri origines, cum multa, quae Libanius profert, omnibus eruditis hominibus illorum temporum nota essent, multae et res et sententiae, quas Libanius tangit, in philosophia populari tractatae in diatribis quae vocantur decantarentur. Itaque satis habebimus singulos locos Libanianos

[1]) Patrem fratremque natu maiorem Plato ipse componit apol. 31 B *ὥσπερ πατέρα ἢ ἀδελφὸν πρεσβύτερον.*

[2]) Cf. Teichmüller, Literarische Fehden im IV. Jahrh. v. Chr., I p. 125.

praecipue cum iis aliorum auctorum locis composuisse, e quibus rhetor Antiochenus una cum argumentis illorum verba et locutiones in suum usum aperte convertit.

1. De rerum a Libanio narratarum fontibus.

a. De rerum ad personas earumque vitas ac mores pertinentium auctoribus.

§ 1. De Socrate.

Maxima pars rerum ad Socratis vitam moresque spectantium a Libanio narratarum e libris Platonis et Xenophontis manavit; sed utrum testimonia horum Socraticorum ipsa an alii latices et ipsi ex illis derivati singulas res Libanio suppeditaverint, haud ubique certo poterit diiudicari. Ac Socratem ex Atheniensi demo, cui nomen erat *Ἀλωπεκή*, esse Libanius accepisse videtur a Platone:

§ 43, p. 38, 2 *οὐχ ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος Σωκράτην Ἀλωπεκῆθεν κτλ.*	Gorg. 495 D *Σωκράτης δέ γε ἡμῖν ὁ Ἀλωπεκῆθεν κτλ.*

Parentes suos eorumque negotia Socratem in sermonibus afferre solitum esse narrans Libanius § 27, p. 29, 4–7 *Σωκράτης πολλάκις ἂν εἰπὼν τὸν αὐτοῦ πατέρα Σωφρονίσκον προσέθηκεν ἂν καὶ τὰ περὶ τοὺς λίθους καὶ τὴν τῆς μητρὸς οὐκ ἀπεκρύπτετο τέχνην*, etsi etiam apud Platonem identidem Socrates parentum facit mentionem, amborum Alc. I 131 E, patris solius Euthyd. 297 E, matris obstetricis Theaet. 149 A, tamen hos locos Platonicos vix secutus est. Plato enim Socratis patrem statuarium esse omnino non tradit et Socratis parentum nomina et studia apud permultos auctores laudantur[1]); morem autem Socratis parentes eorumque artes in colloquiis commemorare consueti testatur etiam Menedemus apud Porphyrium hist. phil. in Porphyrii opusc. ed. Nauck, p. 8, 12–14 *Μενεδήμῳ τῷ Πυρραίῳ χρηστέον, . . . λέγοντι ἐν τῷ Φιλοκράτους ὅτι οὐκ ἐπαύετο Σωκράτης οὔτε ὑπὲρ τοῦ πατρὸς ὡς λιθουργοῦ λαλῶν οὔτε ὑπὲρ τῆς μητρὸς ὡς μαίας.*

Socratis paupertatem, quam Libanius passim commemorat,

[1]) Nonnullos affert Menagius in Diog. L. II 18.

imprimis § 130, p. 87, 7 *πρόσεστιν τὸ ῥᾷστα φέρειν πενίαν*, § 166, p. 110, 10 *ἔμεινεν ἐπὶ τῆς πενίας ἡδέως*. § 168, p. 111, 7 *πένης ἄνθρωπος* primi testantur Plat. apol. 23 C, Xenophon comm. Socr. I 2, 1, oecon. XI 3; at Libanium Platonis vel Xenophontis locos ipsos imitatum esse non est certum, cum Socratis paupertas notissima fuerit; imprimis Socratem pauperem iterum ac saepius praedicant diatribarum scriptores, e. gr. Dio Chrys. or. LV 2, ed. de Arnim II p. 113, 24, Maximus Tyr. diss. XXXIX 5 ed. Reiske II p. 252, [Diog.] ep. 36, 5 rec. Herch. p. 250.

Socratem secundum leges Atticas educatum esse Libanius scribens Platonem sequitur:

§ 14, p. 21, 7—10 *τραφεὶς ἐν τοῖς ἡμετέροις νόμοις λογισμὸν ἔλαβε μείζω μὲν ἴσως τῆς οἰκίας τῆς ἑαυτοῦ, πρέποντα δὲ τῇ πόλει καὶ τῷ τῆς πόλεως γνωρίσματι.*	Crit. 50 D *ἀλλὰ τοῖς περὶ τὴν τοῦ γενομένου τροφήν τε καὶ παιδείαν, ἐν ᾗ καὶ σὺ ἐπαιδεύθης; ἢ οὐ καλῶς προσέταττον ἡμῶν οἱ ἐπὶ τούτοις τεταγμένοι νόμοι, κτλ.*

Socratis virtutem bellicam in compluribus pugnis probatam Libanius describens imprimis sequitur partem laudationis Socratis ab Alcibiade habitae apud Plat. symp. 219 E—221 B:

§ 131, p. 87, 15—88, 2 *τῇ πρὸς ἅπαντα καρτερίᾳ τοὺς στρατιώτας πρὸς αὐτὸν ἐπέστρεφεν ὁμοίως νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν.*	symp. 220 B—D *οἱ δὲ στρατιῶται ὑπέβλεπον αὐτὸν ὡς καταφρονοῦντα σφῶν . . . . ἐφύλαττον αὐτὸν εἰ καὶ τὴν νύκτα ἑστήξοι.*
§ 131, p. 88, 6—8 *τῇ περὶ τὸ Δήλιον τύχῃ φεύγων μετὰ τῶν ἄλλων μόνος ἦν τοῖς πολεμίοις κἀν τῇ φυγῇ φοβερός.*	symp. 221 A *ἄξιον ἦν θεάσασθαι Σωκράτη, ὅτε ἀπὸ Δηλίου φυγῇ ἀνεχώρει τὸ στρατόπεδον.*

Libanius castra, quae contineantur viris Socratis similibus, haud facile expugnari posse scribens e parte in memoria videtur habuisse verba Phaedri apud Plat. symp. 178 A—180 E amorem laudantis:

§ 130, p. 87, 8-9 *εἰ κατὰ τὴν Σωκράτους φύσιν οἷόν τε ἦν*	symp. 178 E *εἰ οὖν μηχανή τις γένοιτο ὥστε πόλιν γενέσθαι*

συστῆναι στρατόπεδον, κτλ.	*ἢ στρατόπεδον ἐραστῶν τε καὶ παιδικῶν*[1]*, κτλ.*

Socratem apud Potidaeam, Delium, Amphipolim dimicavisse narrat Plato apol. 28 E, eum pugnae apud Potidaeam commissae interfuisse commemorat Charm. 153 A, illum post Atheniensium cladem apud Delium acceptam cum Lachete fugisse scribit Lach. 181 B. Quas Platonis de Socratis stipendiis narrationes a multis auctoribus veteribus iteratas[2] Herodicus Crateteus *ἐν τοῖς πρὸς τὸν Φιλοσωκράτην* apud Athenaeum Deipnos. V 215 D—216 C[3] non veras sed falso a Socratis laudatoribus inventas esse arbitratus argumentis suis non labefactavit.

Socratem munere senatorio functum esse Libanius afferens §§ 45—46, p. 38, 16 — 39, 13 non tam Platonis apologiam 32 BC videtur respexisse quam alios quosdam locos Platonicos et Xenophonteos:

§ 46, p. 39, 10–12 *ταχύ γ' ἂν οὖν ἔδεισαν . . . Σωκράτους . . . τὴν τῶν δικανικῶν ἀγώνων ἀπειρίαν.*	Gorg. 473 E *πέρυσι βουλεύειν λαχών, ἐπειδὴ ἡ φυλὴ ἐπρυτάνευε καὶ ἔδει με ἐπιψηφίζειν, γέλωτα παρεῖχον καὶ οὐκ ἠπιστάμην ἐπιψηφίζειν.*
§ 183, p. 120, 12–14 *τῶν ἀμφὶ Θράσυλλον καὶ Περικλέα τοὺς οἰκείους καλῶν τῶν, τὸ*	Xen. comm. Socr. I 1, 18[4] *ἐπιθυμήσαντος τοῦ δήμου . . . τοὺς ἀμφὶ Θράσυλλον καὶ*

---

[1]) Ad hunc locum Platonicum alludit etiam, etsi errore adductus pro Phaedro Pausaniam ponit, Xenophon symp. VIII 32 *Παυσανίας γε . . . εἴρηκεν ὡς καὶ στράτευμα ἀλκιμώτατον ἂν γένοιτο ἐκ παιδικῶν τε καὶ ἐραστῶν.* Cf. Christ-Schmid l. l. 484[4].

[2]) Cf. Menag. in Diog. L. II 22. 23; auctoribus a Menagio allatis addi possunt auctor decl. II § 25, p. 139, 7–14, ep. Socr. 1, ep. Socr. 14, Ioannes Chrys. in oratione quae inscribitur *ἑρμηνεία εἰς τὸν προφήτην Ἡσαΐαν* II 5, Migne 56, 33.

[3]) Cf. Carol. Schmidt, De Herodico Crateteo, Elbing 1886, p. II—III.

[4]) Eundem locum Xenophonteum imitatus videtur esse Themistius or. XX 239 b *οὔτε ἐπιψηφίσαι ἐξεβιάσθη κατὰ τῶν ἀμφὶ Περικλέα καὶ Ἐρασινίδην καὶ Διομέδοντα στρατηγῶν,* cf. etiam or. II 27 b, or. XXXIV 10. Omnino hanc Platonis et Xenophontis de Socrate prytani narrationem complures auctores repetunt, e. gr. Diogenes L. II 24, Athenaeus Deipnos. V 217 EF, Aelianus v. h. III 17.

Σωκράτους μέρος. οὐκ ἀπολωλότων ἀκρίτων.	*Ἐρασινίδῃ ἀποκτεῖναι πάντας, κτλ.*
	[Plat.] Axioch. 368 E *κατεχειροτόνησαν τῶν ἀνδρῶν ἄκριτον θάνατον.*
§ 184, p. 121, 1 2 *εἷλε καὶ Καλλίξενος τοὺς στρατηγούς, ἀλλ' ὅμως ἑλὼν ἀπώλλυτο.*	Xen. hist. Gr. I 7, 15 *Καλλίξενος ἀναβὰς κατηγόρει αὐτῶν τὰ αὐτά.*
	Xen. hist. Gr. I 7, 35 *Καλλίξενος . . . μισούμενος ὑπὸ πάντων λιμῷ ἀπέθανεν.*

Socratem prytanim post victoriam apud Arginusas insulas partam duces accusatos una omnes contra leges damnari non passum esse etiam auctor decl. II scribit, aperte etsi non accurate imitatus Platonem:

§ 14, p. 134, 2–5 *κατεψηφίσασθέ ποτε τῶν ἐννέα*[1]) *στρατηγῶν ἀθρόων*[2]) *ἄκοντος καὶ μὴ κοινωνοῦντος τῆς παρανομίας ἐκείνης Σωκράτους κτλ.*	apol. 32 B *ὑμεῖς τοὺς δέκα στρατηγοὺς . . . . ἐβούλεσθε ἀθρόους κρίνειν, παρανόμως, κτλ.*

Socratem triginta tyrannis, cum ei mandavissent, ut Leontem Salaminium contra ius fasque moriturum arcesseret, non obsecutum esse Libanius commemorans sequitur verba Platonis:

§ 183, p. 120, 9–11 *ποῦ τοῦ Σαλαμινίου Λέοντος οἱ παῖδες, ἐφ' ὃν ὑπὸ τῶν τριάκοντα πεμπόμενος οὗτος ἀπῆλθεν οἴκαδε;*	apol. 32 CD *οἱ τριάκοντα . . . μεταπεμψάμενοί με . . . προσέταξαν ἀγαγεῖν ἐκ Σαλαμῖνος Λέοντα τὸν Σαλαμίνιον . . ., ἐγὼ δὲ ᾠχόμην ἀπιὼν οἴκαδε.*

Socratem a triginta tyrannis Leontem Salaminium ad necem arcessere iussum huic imperio non paruisse permulti auctores veteres scribunt [3]).

Socratem pecuniae quaestum corporisque voluptates despexisse

---

[1]) Xen. comm. Socr. I 1, 18 *ἐννέα στρατηγούς.*

[2]) Sic scribenti mihi assensum tulit Foerster p. 568. *ἀθλίων* codd.

[3]) Cf. Menag. in Diog. L. II 24, — Foerster annot. ad. Liban. apol. Socr. § 183, p. 120, 10. Locis a Menagio et Foerstero allatis adiungi possunt Epictetus diss. IV 1, 164, Aelianus v. h. III 17, Themistius or. XX 239 b.

Libanius scribens maxima e parte Platonis Xenophontisque testimonia sequitur; interdum etiam ad Socratis mores illustrandos iisdem utitur coloribus, quibus vivendi rationem homini observandam cynicarum diatribarum scriptores depingebant:

§ 15, p. 22, 6–7 *ἀφ' ὧν μὲν ἦν τρυφᾶν καὶ δύνασθαι, ταῦτα ἑτέροις ἀφῆκε.* § 168, p. 111, 8–9 *ἐπὶ μὲν τὸ συλλέγειν ἀργύριον καὶ δι' ὧν ἂν ὑπῆρχε τρυφᾶν οὐκ ἐτράπετο.*	Plat. apol. 36 B *ἀμελήσας ὧνπερ οἱ πολλοί, χρηματισμοῦ τε καὶ οἰκονομίας καὶ στρατηγιῶν καὶ δημηγοριῶν καὶ τῶν ἄλλων ἀρχῶν καὶ ξυνωμοσιῶν κτλ.*
§ 18, p. 24, 2–4 *μᾶλλον ⟨πρὸς⟩ τὸ μὴ δεῖσθαι τοσοῦτον ἐπαίδευσεν ἑαυτὸν ἢ ὅθεν ἂν ἔχοι δαπανᾶν ἐσκέψατο.*	Xen. comm. Socr. I 2, 1 *πρὸς τὸ μετρίων δεῖσθαι πεπαιδευμένος.* Xen. comm. Socr. I 3, 5 *διαίτῃ δὲ τήν τε ψυχὴν ἐπαίδευσε καὶ τὸ σῶμα ᾗ χρώμενος ἄν τις . . . οὐκ ἂν ἀπορήσειε τοσαύτης δαπάνης.*
§ 18, p. 24, 4 *τρίβωνι μὲν ἑνὶ δι' ἔτους χρώμενος.*	Xen. comm. Socr. I 6, 2[1]) *ἱμάτιον ἠμφίεσαι . . . τὸ αὐτὸ θέρους τε καὶ χειμῶνος.*
§ 18, p. 24, 5–6 *ὕδωρ δὲ πίνων ἥδιον ἢ Θάσιον οἶνον ἕτεροι.*	Dio Chrys. or. VI 12 ed. de Arnim I p. 86, 12–13 *ἥδιον δὲ ἔπινε τοῦ ῥέοντος ὕδατος ἢ οἱ ἄλλοι τὸν Θάσιον οἶνον.*
τό τε πεινῶν ἐσθίειν ἀντὶ Περσικῆς ποιούμενος τραπέζης.	Xen. comm. Socr. I 3, 6 *συνεβούλευε φυλάττεσθαι τὰ πείθοντα μὴ πεινῶντας ἐσθίειν*[2]) *κτλ.*

[1]) Eundem locum Xenophonteum adumbrat Diogenis Sinopei mores describens Dio Chrys. or. VI ed. de Arnim I p. 86, 20–21 *ἱμάτιον δὲ ἓν ἐξήρκει τοῦ θέρους αὐτῷ καὶ τοῦ χειμῶνος,* et Socratem ipsum laudans Ioannes Chrys. in libro scripto adversus oppugnatores vitae monasticae II 5, Migne 47, 339 *ἑνὸς ἱματίου πλέον εἶχεν οὐδὲν καὶ τοῦτο μόνον καὶ χειμῶνος καὶ θέρους καὶ ἐν πάσαις ταῖς ὥραις τοῦ ἔτους περιβεβλημένος ἐφαίνετο,* — et auctor ep. Socr. 6 *ἐμοὶ . . . ἀπαρκεῖ . . . χρῆσθαι . . . ἐσθῆτι θέρους τε καὶ χειμῶνος τῇ αὐτῇ.*

[2]) Haec sententia abiit in communem locum cynicarum diatribarum:

§ 163, p. 108,13–15 *Σωκράτει . . ., ὃν ἑώρα κρείττω μὲν πλούτου, κρείττω δὲ ἡδονῶν.*	Xen. comm. Socr. I 5, 6 *οὐ γὰρ μόνον τῶν διὰ τοῦ σώματος ἡδονῶν ἐκράτει, ἀλλὰ καὶ τῆς διὰ τῶν χρημάτων.*

Socratem, quoad spiret, se philosopiae dedere velle Libanius afferens Platonem sequitur:

§ 30, p. 30,14–15 *τοῦ δὲ φήσαντος οὐ παύσεσθαι τῶν ἀληθῶν, ἕως ἂν ἐμπνέῃ.*	apol. 29 D *ἕωσπερ ἂν ἐμπνέω καὶ οἷός τε ὦ, οὐ μὴ παύσωμαι φιλοσοφῶν.*

Socratem de iisdem rebus semper easdem sententias pronuntiavisse Libanius legit et apud Platonem et apud Xenophontem:

§ 30, p. 30,14–15 *χρήσεσθαι δὲ τοῖς αὐτοῖς περὶ τῶν αὐτῶν λόγοις.*	Plat. Gorg. 490 E *ΚΑΛ. ὡς ἀεὶ ταὐτὰ λέγεις, ὦ Σώκρατες. — ΣΩ. οὐ μόνον γε, ὦ Καλλίκλεις, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν αὐτῶν.* Cf. etiam Gorg. 509 A, symp. 221 E.	Xen. comm. Socr. IV 4, 6 *οὐ μόνον ἀεὶ ταὐτὰ λέγω, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν αὐτῶν* [1]).

Socratem philosophatum non quaestiones naturales exploravisse, sed ea modo investigavisse, quibus homines iustiores meliores feliciores evadere possent, Libanius scribens Xenophontem sequitur:

§ 16, p. 21,9–14 *τὸ μὲν οὖν τὴν τοῦ οὐρανοῦ διερευνᾶσθαι φύσιν καὶ τὸν ἥλιον ὅ τι*	Xen. comm. Socr. I 1, 11 *οὐδὲ γὰρ περὶ τῆς τῶν πάντων φύσεως . . . διελέγετο σκο-*

Telet. *περὶ αὐταρκείας* ed. Hense², p. 7,9 *ὁ πεινῶν ἥδιστα ἐσθίει κτλ.* — Plutarch. de tuenda sanit. praec. 6, p. 123 D. *ὁ Σωκράτης παρακελευόμενος φυλάττεσθαι τῶν βρωμάτων ὅσα μὴ πεινῶντας ἐσθίειν ἀναπείθει κτλ.* — Dio Chrys. or. VI 12, ed. de Arnim I p. 86,9–10 *ὁ δὲ λιμῷ μὲν ἐχρῆτο καὶ δίψει πρὸ τῆς τροφῆς ἑκάστοτε.*

[1]) Quo loco Xenophon Platonem imitari videtur; cf. Richter, Xenophon-Studien in Fleckeisens Jahrb. für class. Philol. Suppl. 19, 1893, p. 141. — Locum illum Platonicum adumbrat Dio Chrys. or. III 27 ed. de Arnim I p. 38,7–8 *πάλιν σὺ ταὐτά, Σώκρατες; καὶ ὃς γελάσας ἔφη· καὶ περὶ τῶν αὐτῶν.*

ποτέ ἐστι σκοπεῖν . . . τὴν μὲν περὶ ταῦτα διατριβὴν ἔφυγε . . .	*πῶν κτλ.* Cf. etiam comm. Socr. IV 7, 5—6.
§ 16, p. 22, 15–18 *ἐπὶ δὲ τὸ ζητεῖν τὸ δίκαιον καὶ τίνα χρὴ νομίζειν ἀνδρεῖον καὶ τίς εἰκότως ἂν καλοῖτο σοφός, ὃ μέγιστον τῶν ἀγαθῶν καὶ οἴκῳ καὶ πόλει καὶ πᾶσιν ἔθνεσιν, ἐπὶ ταῦτα ὥρμησε καὶ τούτοις ἐνέμεινε.*	Xen. comm. Socr. I 1, 16 *αὐτὸς δὲ περὶ τῶν ἀνθρωπείων ἀεὶ διελέγετο σκοπῶν . . . τί δίκαιον . . . τί σωφροσύνη . . . τί ἀνδρεία . . . τί πόλις, κτλ.*

Socratem ratione naturae explorandae neglecta totum se in vitae praeceptis morumque doctrina collocavisse apud auctores veteres sententia tritissima est [1]).

Socratis sinceram erga deos pietatem praedicans Libanius sectatur Xenophontem:

§ 162, p. 107, 10–12 *θεοὺς θεραπεύειν* [2]); *ὥσπερ ἡ πόλις οὕτω τεθεράπευκεν ἐν τοῖς ἁπάντων ὀφθαλμοῖς.*	Xen. comm. Socr. I 2, 64 *φανερὸς ἦν θεραπεύων τοὺς θεοὺς μάλιστα πάντων ἀνθρώπων.* Cf. etiam comm. Socr. I 1, 2 et apol. 11.

Socratis summam erga deos pietatem etiam auctor decl. II § 4, p. 128, 17–18 *Σωκράτης ἁπάντων μὲν ἀνθρώπων θεοσεβέστατος γενόμενος* praedicat.

Socratem alios adduxisse, ut parentibus bene facerent, scribenti Libanio § 162, p. 107, 12–13 *γονεῖς εὖ ποιεῖν; καὶ τοὺς ἄλλους ἐπὶ τοῦτο ἤγαγε* obversatum videtur esse Socratis cum Lamprocle filio de liberorum erga parentes officiis colloquium quod exstat apud Xenophontem comm. Socr. II 2; de eodem loco, ad quem alludit etiam Diog. L. II 29, cogitavit Libanius § 150, p. 100, 18–19 *οὐ Λαμπροκλεῖ μητρὸς ἀμελοῦντι διδάσκων ἡλίκα χρέα γονεῦσιν ὀφείλομεν;*

---

[1]) Cf. quae Davisius annotavit ad Ciceronis Tuscul. disput. III 4. Cantabrigiae 1730, p. 193, ad V 4. p. 349—350; locis a Davisio allatis adiungi queunt Aristoteles metaph. I 6. 987 b, ep. quae fertur Xenophontis ad Aeschinem 1 rec. Orelli p. 46—47.

[2]) Foerster cum uno codice B interrogandi signum ponit post *πόλις*.

Socratem erga omnes homines se iustum praebuisse Libanius afferens Xenophontem sequitur:

§ 162, p. 107, 13-14 *μηδένα ἀδικεῖν· περὶ πάντας γέγονε δίκαιος.*	apol. 22 *μήτε περὶ ἀνθρώπους ἄδικος φανῆναι περὶ πατρὸς ἐποιεῖτο.* apol. 26 *ἠδίκησα μὲν οὐδένα.*

Socratem omnium aequalium iustissimum appellat Plato Phaed. 118 A, [ep.] VII 324 E.

Socratem etiam hominibus alienis curam impertivisse commemorans Libanius § 162, p. 108, 1-2 *καὶ τῶν ἔξω τοῦ γένους ἐφρόντισε* respicit Socratis cum Aristarcho sermones narratos a Xenophonte comm. Socr. II 7.

Socratem a civibus suis diversum fuisse Libanius iisdem exprimit verbis ac Plato:

§ 14, p. 21, 10 *διήνεγκε τῶν πολλῶν.*	apol. 29 B *ἴσως διαφέρω τῶν πολλῶν ἀνθρώπων* apol. 34 E *δεδογμένον γέ ἐστι τὸ Σωκράτη διαφέρειν τινὶ τῶν πολλῶν ἀνθρώπων.*

Socratem cives suos ad virtutem perducere voluisse Libanius scribit consentiens cum Xenophonte:

§ 169, p. 111, 21-22 *πάντας Ἀθηναίους ἐβούλετο καλοὺς κἀγαθοὺς εἶναι.*	comm. Socr. I 1, 16 *αὐτὸς ... διελέγετο ... καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ἃ τοὺς μὲν εἰδότας ἡγεῖτο καλοὺς κἀγαθοὺς εἶναι.* Cf. etiam comm. Socr. I 6, 14.

Socratem per gymnasia, per forum, per officinas ambulavisse atque cum quolibet homine de virtute aliisque bonis disputavisse Libanius explanans Platonem et Xenophontem interdum verbotenus sectatur:

§ 19, p. 24, 9-12 *ὥσπερ τις κοινὸς πατὴρ* [1])	Plat. apol. 31 B *ἰδίᾳ ἑκάστῳ προσιόντα ὥσπερ πατέρα.*

---

[1]) Cf. etiam § 168, p. 111, 10-11 *κοινὸς ἐπίτροπος περιῄει τῶν πολιτῶν.* § 173, p. 113, 17-18 *κοινόν τινα πάντων ἐπιμελητὴν περινοστοῦντα.* In eadem imagine, qua Libanius Socratem et patrem et curatorem et tutorem communem civium appellat, etiam auctor decl. II versatur, cum Socratis amicos

καὶ τῆς πόλεως ὅλης κηδεμὼν περιενόστει τὰς παλαίστρας, τὰ γυμνάσια, τὸ Λύκειον, τὴν Ἀκαδημίαν, τὴν ἀγοράν, ὅπου μέλλοι ⟨πλείστοις⟩ ἐντεύξεσθαι.	Plat. pol. III 412 C κηδεμόνας τῆς πόλεως.
§ 37, p. 34, 5-6 τῶν τόπων τοὺς ὅτι πλείστους συνάγοντας ἀνθρώπους ἀνὴρ ἠγάπα.	Xen. comm. Socr. I 1, 10 πρῴ τε γὰρ εἰς τοὺς περιπάτους καὶ τὰ γυμνάσια ᾔει καὶ πληθούσης ἀγορᾶς ἐκεῖ φανερὸς ἦν, καὶ τὸ λοιπὸν ἀεὶ τῆς ἡμέρας ἦν ὅπου πλείστοις μέλλοι συνέσεσθαι.
§ 47, p. 40, 5-7 τὸν ἐν Λυκείῳ διατρίβοντα καὶ πάντα τὸν βίον ἐν τῷ διαλέγεσθαι . . . ἀνηλωκότα.	Plat. Euth. 2 A σὺ τὰς ἐν Λυκείῳ καταλιπὼν διατριβὰς ἐνθάδε νῦν διατρίβεις. Plat. Euthyd. 271 A τίς ἦν, ὦ Σώκρατες, ᾧ χθὲς ἐν Λυκείῳ διελέγου;
§ 118, p. 79, 15-17 πανταχοῦ δὲ οἷ τῶν διαλεξομένων λάβοιτο, τοῦτ' ἦν αὐτῷ χωρίον διατριβῆς φάσκοντι μανθάνειν ἐπιθυμεῖν.	Plat. Euth. 5 C μαθητὴς ἐπιθυμῶ γενέσθαι σός. Plat. apol. 22 B διηρώτων ἂν αὐτούς, τί λέγοιεν, ἵν' ἅμα τι καὶ μανθάνοιμι παρ' αὐτῶν.

Omnino inter loca maxime a Socrate frequentata Lyceum Libanius identidem commemorans praeter locos iam allatos etiam § 31, p. 31, 9, § 53, p. 44, 6, § 147, p. 98, 19 Platonem sequitur, qui Socratem imprimis in Lyceo versatum inducit, praeter locos iam laudatos etiam Lys. 203 A, symp. 223 D. — Quem morem Socratis locis publicis cum quolibet homine colloqui soliti multi auctores veteres afferunt, e. gr. auctor decl. II § 6, p. 129, 20—130, 3, § 25, p. 139, 4-14, ep. Socr. 1, ep. Socr. 27.

Socratem in colloquiis cives imprimis vituperare solitum esse, quod summis officiis neglectis divitiis parandis magis

post eius mortem orbos futuros esse dicit § 37, p. 146, 5-6 ἡμῖν δὲ τοῖς καταλειφθησομένοις Σωκράτους ὀρφανοῖς. Eadem comparatione sumpta de communi hominum patre utitur in veri philosophi vita depingenda Dio Chrys. or. LXXVIII 42 ed. de Arnim II p. 219, 3-4 ἔστιν, οἶμαι, καὶ πατρὸς εὐνούστερος ἑκάστῳ καὶ ἀδελφῶν καὶ φίλων.

studerent quam animis excolendis Libanius explicans maxime Platonem imitari videtur:

§ 21, p. 25, 13—26, 1 ἐγκαλοῦντος ἀεὶ τούτου καὶ ὀνειδίζοντος, ὅτι χρημάτων μὲν Ἀθηναίοις ἐστὶ πολλὴ φροντὶς καὶ περὶ τοῦτο ἐσπουδάκασι, τῶν δὲ ψυχῶν ὅπως ἄρισται γενήσονται καὶ αὐτῶν καὶ παίδων, οὐδὲ εἷς λόγος.

§ 127, p. 85, 9—11 τὸ δὲ τῇ κτήσει τῶν χρημάτων ἢ τῇ τῆς ψυχῆς ἀρετῇ πλείω νέμειν τὴν σπουδὴν ἡγεῖτο τῶν ἀτόπων.

Cf. etiam § 173, p. 113, 13 19.

Plat. apol. 29 DE ὦ ἄριστε ἀνδρῶν, Ἀθηναῖος ὤν, πόλεως τῆς μεγίστης καὶ εὐδοκιμωτάτης εἰς σοφίαν καὶ ἰσχύν, χρημάτων μὲν οὐκ αἰσχύνει ἐπιμελούμενος, ὅπως σοι ἔσται ὡς πλεῖστα, καὶ δόξης καὶ τιμῆς, φρονήσεως δὲ καὶ ἀληθείας καὶ τῆς ψυχῆς, ὅπως ὡς βελτίστη ἔσται, οὐκ ἐπιμελεῖ οὐδὲ φροντίζεις;

Plat. apol. 30 AB περιέρχομαι ... πείθων ... μήτε σωμάτων ἐπιμελεῖσθαι μήτε χρημάτων πρότερον μηδὲ οὕτω σφόδρα ὡς τῆς ψυχῆς, ὅπως ὡς ἀρίστη ἔσται.

Cf. etiam Plat. apol. 36 C et Xen. comm. Socr. III 5, 13.

At Socratem Athenienses imprimis propter educationem puerorum neglectam vituperavisse Libanius scribens non tam Platonem, qui in apologia Socratem Athieniensium in liberis instituendis incuriam omnino non reprehendentem facit, sequitur quam auctorem dialogi Platonis nomen ferentis qui inscribitur ***Κλειτοφῶν:***

§ 128, p. 85, 16—86, 8 ἐπειδὴ γὰρ ἑώρα πολλοὺς τοὺς μὲν υἱεῖς ἐν ἴσῳ τοῖς ἀνδραπόδοις τρέφοντας καὶ οὔτε τὴν ψυχὴν παιδεύοντας οὔτε τὸ σῶμα γυμνάζοντας,

[Plat.] Clitoph. 407 AB [1]) καὶ μοι ἐδόκεις ... κάλλιστα λέγειν, ὁπότε ἐπιτιμῶν τοῖς ἀνθρώποις ... ὕμνεις λέγων· ποῖ φέρεσθε, ὤνθρωποι, καὶ ἀγνοεῖτε οὐδὲν τῶν δεόν-

[1]) Quantopere auctor huius dialogi hoc loco cum locis ex Platonis apologia supra allatis et cum Dionis Chrys. or. XIII 16 ed. de Arnim I p. 183, 9—16 consentiat, ostendit Ioël l. l. I p. 482.

πανταχόθεν[1]) *δὲ πλοῦτον ἀγείροντας ὡς μιᾶς οὔσης εἰς εὐδαιμονίαν ἀφορμῆς, ἵνα παιδεύσειε κακῶς φρονοῦντας, ἐπετίμα καὶ μεθίστη καὶ μετεπαίδευε παραινῶν μὴ τὰ προσήκοντα περὶ ταῦτα ἀγνοεῖν μηδ' ἃ μὲν πλείστην ἀπαιτεῖ πρόνοιαν, περὶ ταῦτα ῥαθύμως ἔχειν κτλ.*	*των πράττοντες. οἵτινες χρημάτων μὲν πέρι τὴν πᾶσαν σπουδὴν ἔχετε, ὅπως ὑμῖν ἔσται, τῶν δ' υἱέων οἷς ταῦτα παραδώσετε, ὅπως ἐπιστήσονται χρῆσθαι δικαίως τούτοις, ἀμελεῖτε. καὶ οὔτε διδασκάλους αὐτοῖς εὑρίσκετε τῆς δικαιοσύνης, εἴπερ μαθητόν.*

Socratem imprimis homines aleae deditos reprehendisse Libanius narrans Xenophontem imitatur[2]):

§ 168, p. 111, 11–13 *περιῄει ... πυνθανόμενος, εἴ τῳ παῖς ὑπὸ μέθης ἢ κύβων ἤ τινος ἄλλου διέφθαρται κακοῦ, καταβοῶν πατέρων ῥαθυμούντων.*	comm. Socr. I 2, 57 *τοὺς δὲ κυβεύοντας ἤ τι ἄλλο πονηρὸν καὶ ἐπιζήμιον ποιοῦντας ἀργοὺς ἀπεκάλει.*

Socratem in sermonibus saepissime exempla petivisse e coriariis, sutoribus, aliis opificibus Libanius commemorans sequitur Platonem et Xenophontem:

§ 26, p. 28, 14–16 *μεμνημένος δὴ σκυτοτόμων καὶ βυρσοδεψῶν καὶ τῶν ἁλουργὰ ποιούντων ἔρια*[3]).	Plat. symp. 221 E *λέγει καὶ χαλκέας τινὰς καὶ σκυτοτόμους καὶ βυρσοδέψας.* Plat. pol. IV 429 D *οἱ βαφεῖς, ἐπειδὰν*	Xen. comm. Socr. I 2, 37 *τῶνδέ τοί σε ἀπέχεσθαι, ἔφη, δεήσει, ὦ Σώκρατες, τῶν σκυτέων καὶ τῶν τεκτόνων καὶ τῶν χαλκέων.*

---

[1]) Similiter avarorum hominum in divitiis cumulandis studia notant et anonymus contra *αἰσχροκέρδειαν* auctor, Pap. Heid. 310 ed. Gerhard, Phoinix von Kolophon, Leipzig u. Berlin 1909, p. 4 v. 34 *π[άντο]θεν γὰρ ἕλκουσιν* et multi diatribarum scriptores, quos confert Gerhard l. l. p. 12-13.

[2]) Libanius ipse cum ob alia iuventutis vitia tum ob aleae studium adulescentes vituperat in vita sua § 39, I p. 103, 9 F. *δεινοὶ γὰρ δὴ οἱ κύβοι* et or. III 6, I p. 269, 20 — 270, 1 F.

[3]) Haec Socratis exempla etiam Dio Chrys. or. LV 22 ed. de Arnim II p. 120, 15–16 *Ἀνύτῳ μὲν διαλεγόμενος βυρσέων ἐμέμνητο καὶ σκυτοτόμων* affert.

βουληθῶσι βάψαι ἔρια ὥστ' εἶναι ἁλουργά. Cf. Gorg. 491 A.	Cf. etiam comm. Socr. III 7, 6; IV 2, 22; IV 4. 5.

Socratem sophistarum adversarium fuisse illosque refutare solitum esse Libanius explicans maxima e parte sequitur Platonem; omnino ad sophistarum mores depingendos Libanius utitur coloribus, quibus eorum studia illustravit Plato et multi eum sectati:

§ 22, p. 26, 6–7 *τοῖς ἅπαντας γοητεύουσιν ἐντυγχάνων σοφισταῖς.*	Euthyd. 288 C *τὸν **Πρωτέα** μιμεῖσθον τὸν Αἰγύπτιον σοφιστὴν γοητεύοντε ἡμᾶς.* Cf. etiam Menex. 234 C, polit. 291 C, 303 C, soph. 235 A.
§ 22, p. 26, 8–9 *οὓς ὁ μισθὸς ἐπὶ πᾶν χωρίον εἷλκεν.*	apol. 19 E = [Theag. 128 A] *τούτων γὰρ ἕκαστος, ὦ ἄνδρες, οἷός τ' ἐστὶν ἰὼν εἰς ἑκάστην τῶν πόλεων κτλ.* Cf. etiam soph. 231 D [1]).
§ 22, p. 26, 15–16 *τοὺς ὥσπερ δαίμονας πανταχοῦ θαυμαζομένους ἐπὶ τοῖς λόγοις.*	Theaet. 161 C *ἡμεῖς μὲν αὐτὸν* (sc. *τὸν **Πρωταγόραν***) *ὥσπερ θεὸν ἐθαυμάζομεν ἐπὶ σοφίᾳ.*
§ 22, p. 26, 17–19 *τούτους ἀπέφηνε ῥημάτων συλλογὴν παρεχομένους κενήν, νοῦ δὲ ὅτι πλεῖστον ἀπέχοντας.*	Dio Chrys. or. LIV 1 ed. de Arnim II p. 113, 18–19 *ἔλεγον δὲ πολλοὺς μὲν λόγους, νοῦν δὲ οὐκ ἔχοντας οὐδὲ βραχύν.*

Socratem, cum sophistas, peregrinos in colloquiis refutavisset, Athenienses propter sapientiam claros reddidisse Libanius asserens Xenophontem sequi videtur:

§ 22, p. 26, 14–15 *σοφίας ὑμῶν εἰς ἅπαντας ἀνθρώπους ἀπέστελλεν ὄνομα* [2]).	comm. Socr. I 2, 61 *Σωκράτης γε καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους κόσμον τῇ πόλει παρεῖχε.*

---

[1]) Haec ipsa Platonis verba soph. 231 D *περὶ ταὐτὰ ταῦτα κάπηλος ἀνεφάνη* adumbravit auctor decl. II § 24, p. 138, 18 *σοφιστὰς καὶ καπήλους τῶν λόγων.* Cf. etiam Plat. Prot. 313 D.

[2]) Socratem urbis gloriam amplificavisse etiam auctor decl. II § 4,

Socratem ut virum maxime popularem Libanius laudat consentiens cum Xenophonte:

§ 163, p. 108, 10–14 *εἰ γάρ τις . . . ἠναγκάζετο λέγειν, ὃν ἡγοῖτο δημοτικώτατον, οὐκ ἂν ὑμῖν δοκεῖ Σωκράτει δοῦναι τὴν ψῆφον;*	comm. Socr. I 2, 60 *Σωκράτης . . . φανερὸς ἦν καὶ δημοτικὸς*[1] *καὶ φιλάνθρωπος ὤν.*

Socratem civibus suis bene fecisse Libanius scribens imitatur Platonem et Xenophontem:

§ 133, p. 89, 12–14 *ὅστις μὲν ἠναντίωται τοῖς βλαβεροῖς, εὐεργέτην ἡγοῦμαι . . . ὃν δ' εὐεργέτην ἔξεστι προσειπεῖν κτλ.*	Plat. apol. 36 D *τί οὖν πρέπει ἀνδρὶ πένητι εὐεργέτῃ . . .;*	Xen. apol. 26 *εὐεργέτουν δὲ τοὺς ἐμοὶ διαλεγομένους.*

Socratem se ullius umquam hominis fuisse magistrum negavisse neque umquam disciplinae praemia ulla accepisse Libanius exprimit secutus testimonia Platonis et Xenophontis:

§ 16, p. 22, 18 – 23, 1 *διδάσκαλον μὲν αὐτὸν οὐδενὸς οὐδαμοῦ προσειπὼν . . .*	Plat. apol. 33 A *ἐγὼ δὲ διδάσκαλος μὲν οὐδενὸς πώποτ' ἐγενόμην.*	Xen. comm. Socr. I 2, 3 *οὐδεπώποτε ὑπέσχετο διδάσκαλος εἶναι.*
§ 118, p. 79, 14–15 *οὔθ' ὑπέσχετο διδάξειν οὔτε μόνους τοὺς νέους.* § 142, p. 95, 12–13 *ἔστω δὲ Σωκράτης*	Plat. apol. 33 B *μήτε ὑπεσχόμην μηδενὶ μηδὲν πώποτε μάθημα μήτε ἐδίδαξα.*	

p. 129, 3–4 *τὴν πόλιν εὐδόκιμον καὶ περίβλεπτον ἐν τοῖς Ἕλλησι ποιῶν* scribit. Socratem propter sophistas confutatos et ipsum sapientiae gloria floruisse et urbem Athenas ornavisse etiam Aelianus commemorat v. h. II 13 *πολὺ γὰρ ἦν τὸ τοῦ Σωκράτους ὄνομα διά τε τὰ ἄλλα καὶ ὅτι τοὺς σοφιστὰς ἤλεγχεν . . . ἄνδρα . . . κόσμον ταῖς Ἀθήναις ὄντα.*

[1]) Hunc Xenophontis locum etiam Dio Chrys. or. LIV 2 ed. de Arnim II p. 113, 24—114, 1 *Σωκράτης Ἀθήνησι πένης ἀνὴρ καὶ δημοτικός* imitari videtur.

διδάσκαλος ὁ μηδαμοῦ μηδενὶ τοῦτο ὑποσχόμενος.		
§ 16, p. 23, 1–2 οὐδὲ ἀργύριον πραξάμενος.	Plat. apol. 19 D ὡς ἐγὼ παιδεύειν ἐπιχειρῶ ἀνθρώπους καὶ χρήματα πράττομαι, οὐδὲ τοῦτο ἀληθές. Cf. etiam apol. 31 C, 33 A.	Xen. comm. Socr. I 2, 5 οὐκ ἐπράττετο χρήματα. Cf. etiam comm. Socr. I 2, 60, I 6, 11.

Socratem ab amicis numquam pecuniam accepisse multi auctores veteres iterant, e. gr. Diog. L. I 27, ep. Socr. 1, auctor decl. II § 4, p. 128, 22. Contra Aristophanes poeta Socratem sophistis aequiperatum nisi pecuniae praemiique gratia non docere arguit nub. 98. 244—246. Quin etiam ex deposita pecunia ab amicis in usum communem collata Socratem lucrum fecisse narrat Aristoxenus apud Diog. L. II 20 [1]).

Socratem ab oraculo Apollinis Delphico sapientissimum omnium Atheniensium appellatum esse Libanius commemorans rem affert primum a Platone narratam, a Xenophonte auctam, a permultis auctoribus veteribus repetitam [2]):

§ 100, p. 69, 8–10 ὁ τῇ πόλει πατρῷος . . . τὸν νυνὶ κρινόμενον ἀνεῖπε σοφώτατον. Cf. § 178, p. 117, 15–16	Plat. apol. 21 A ἀνεῖλεν οὖν ἡ Πυθία μηδένα σοφώτερον εἶναι.	Xen. apol. 14 ἀνεῖλεν ὁ Ἀπόλλων μηδένα εἶναι ἀνθρώπων ἐμοῦ μήτε ἐλευθεριώτερον μήτε δικαιότερον μήτε σωφρονέστερον.

[1]) Primus quomodo haec Aristoxeni verba intellegenda sint docuit Diels, Über die ältesten Philosophenschulen der Griechen l. l. p. 258.

[2]) Cf. Menag. in Diog. L. II 37, L. Dindorf in Xen. apol. 14; auctoribus a Menagio et Dindorfio allatis addi possunt schol. Plat. apol. 21 A ed. B.-O.-W. p. 893 b, 24–27, Clementin. V 18, Dio Chrys. or. XIII 30, or. LV 8, Maximus Tyr. diss. IX 3, diss. XIX 9, Aelianus v. h. II 13. Themistius or. II 27 b c, or. XIII 161 c, ep. Socr. 15, ep. quae fertur Xeno-

Socrati e colloquiis multas inimicitias ortas esse Libanius commemorans Platonem adumbrat:

§ 21, p. 25, 11–12 *διὰ τοὺς τοιούτους, ὦ Ἀθηναῖοι, λόγους, Σωκράτης μὲν πολλοῖς ἀπήχθετο.*	apol. 21 D *ἐντεῦθεν οὖν τούτῳ τε ἀπηχθόμην καὶ πολλοῖς τῶν παρόντων.* Cf. apol. 21 E, 23 A, 28 A.

Socratem cives suos ad utilitatem et salutem laesisse Libanius scribens imitatur Platonem:

§ 168, p. 112, 15 *λυπῶν λύπην τὴν λυσιτελοῦσαν.*	apol 41 E .... *ταὐτὰ ταῦτα λυποῦντες, ἅπερ ἐγὼ ὑμᾶς ἐλύπουν.*

Socrati ab inimicis gravissime maledictum esse Libanius referens imitatione exprimit verba Platonis:

§ 6, p. 17, 7–8 *λέγοντας τὸν μιαρόν, τὸν ὄλεθρον, τὸν λυμεῶνα τῶν νέων.*	apol. 23 C *λέγουσιν, ὡς Σωκράτης τίς ἐστι μιαρώτατος καὶ διαφθείρει τοὺς νέους.*

Socratem vitae anno septuagesimo in ius vocatum esse Libanius narrat secutus Platonem et omnino memoriam communem[1]):

§ 34, p. 33, 1–2 *ὁ γέρων οὗτος ὁ γεγονὼς ἑβδομήκοντα ἔτη.*	apol. 17 D *ἔτη γεγονὼς ἑβδομήκοντα.*

Duo accusatorum genera, alteros priores Socratem calumniis ac falsis criminibus persecutos, alteros in iudicio praesentes Libanius discernit aeque ac Plato:

§ 6, p. 17, 1–2 *διαβολή τις κατεσκέδασται Σωκράτους.*	apol. 18 C *οἱ ταύτην τὴν φήμην κατασκεδάσαντες.*

---

phontis ad Aeschinem 1 rec. Orelli p. 47. Libanius ipse ad illud oraculum alludit or. LXIV 18, ep. 382, ep. 1077. — Illud oraculum non verum, sed ab amico quodam Socratis inventum esse opinantur Ioël l. l. II 2 p. 773 et Pöhlmann, Sokratische Studien l. l. p. 90—98.

[1]) Socratem septuaginta annos natum in vincula coniectum esse Plato etiam Crit. 52 E *ἐν ἔτεσιν ἑβδομήκοντα* refert. Cum Platone consentiunt Apollodorus et Demetrius Phal. apud Diog. L. II 44 *ἐτελεύτησε δὲ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἐνενηκοστῆς πέμπτης ὀλυμπιάδος γεγονὼς ἐτῶν ἑβδομήκοντα.* Quae testimonia etiam Maximus Tyr. diss. IX 8 *Σωκράτει γὰρ ἑβδομήκοντα μὲν ἐτῶν χρόνος* sequitur.

	apol. 18 D *φθόνῳ καὶ διαβολῇ χρώμενοι.*
§ 7, p. 17, 8–9 *ἃ δὴ καὶ τούτοις ἔδωκε θαρρῆσαι τὴν γραφὴν ἀπενεγκεῖν.*	apol. 23 E ... *διαβάλλοντες. ἐκ τούτων καὶ Μέλητός μοι ἐπέθετο κτλ.*

Ad priores Socratis calumniatores, quos Plato ab accusatoribus iudiciariis distinguit, etiam auctor decl. II alludit:

§ 1, p. 127, 4–6 *Χαλεπὸν μὲν εἰπεῖν τι καὶ τῶν πάνυ δικαίων ὑπὲρ Σωκράτους ἐν ὑμῖν προκατεγνωκόσι καὶ τὰς πρώτας προσειμένοις κατ' αὐτοῦ διαβολάς.*	apol. 18 A *πρῶτον μὲν οὖν δίκαιός εἰμι ἀπολογήσασθαι, ..., πρὸς τὰ πρῶτά μου ψευδῆ κατηγορημένα καὶ τοὺς πρώτους κατηγόρους.*

Ad accusatoris crimina destruenda et ad reum defendendum Libanius multa argumenta mutuatus est e Platonis apologia. In utraque apologia iudicum benevolentia eodem modo captatur, cum se maxime propter Atheniensium utilitatem defensionem habere dicunt et defensor Socratis apud Libanium et Socrates apud Platonem [1]):

§ 2, p. 15, 4–6 *οὐ τῷ φεύγοντι συνηγορήσων μᾶλλον ἀνέβην ἢ τῶν ὑμῖν συμφερόντων ποιησόμενος πρόνοιαν.*	apol. 30 D *πολλοῦ δέω ἐγὼ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ ἀπολογεῖσθαι, ὥς τις ἂν οἴοιτο, ἀλλὰ ὑπὲρ ὑμῶν.*

In utraque apologia Socrates mortis metu est vacuus; ad quam virtutem explicandam Libanius verba non solum ex apologia sed etiam ex aliis libris Platonicis petivit:

§ 3, p. 15, 7–8 *Σωκράτει μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες, βραχὺς τοῦ θανάτου λόγος.*	apol. 28 B *οὐ καλῶς λέγεις, ὦ ἄνθρωπε, εἰ οἴει δεῖν κίνδυνον ὑπολογίζεσθαι τοῦ ζῆν ἢ τεθνάναι.*

---

[1]) Ut orator utilitate rei tractatae laudata audientium animos attentos ac benevolos reddat, praescribunt rhetores, e. gr. **Anaximenes Lampsacenus** in rhet. Gr. ed. Spengel I p. 171—242 passim, imprimis p. 229, 19–20 *πρὸς δὲ τούτοις ἐμβλητέον ... καὶ τὸ συμφέρον,* vel p. 230, 21–23 *ἐὰν δ' ὑπὲρ ἄλλου λέγῃς, ῥητέον ὡς ... συνηγορεῖς ... διὰ τὸ τῷ κοινῷ συμφέρον.* Quod praeceptum oratorium etiam auctor decl. II observat § 3, p. 128, 11–14 *ἀνέστην δὲ ἀντερῶν τῷ τὴν χαλεπὴν γνώμην ταύτην εἰρηκότι νομίζων οὐκ ἐκείνῳ τοῦτο, ἀλλ' ἡμῖν οἴσειν ζημίαν, εἰ μηδὲ ὀλίγα κερδανοῦμεν Σωκράτους τὰς λοιπὰς ἡμέρας.*

§ 3, p. 15, 8–11 *οὔτε γὰρ ἐν οἷς ἀεὶ ζητῶν διετέλει τοῦ ζῆν τὸ τεθνάναι χαλεπώτερον εὗρε*	Phaed. 67 D *γελοῖον ἂν εἴη ἄνδρα παρασκευάζονθ' ἑαυτὸν ἐν τῷ βίῳ ὅτι ἐγγυτάτω ὄντα τοῦ τεθνάναι οὕτω ζῆν κτλ.*
τόν τε κεκρατηκότα τῶν ἡδονῶν ὧν ἕνεκα ζῆν ἐπιθυμοῦσιν οἱ πολλοί κτλ.	Phaed. 65 A *δοκεῖ γε δήπου, ὦ Σιμμία, τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις, ᾧ μηδὲν ἡδὺ τῶν τοιούτων μηδὲ μετέχει αὐτῶν, οὐκ ἄξιον εἶναι ζῆν, ἀλλ' ἐγγύς τι τείνειν τοῦ τεθνάναι ὁ μηδὲν φροντίζων τῶν ἡδονῶν.*
§ 4, p. 15, 18—16, 1 *Σωκράτει ... φόβος οὐδεὶς τῆς τελευτῆς.*	apol. 28 E *δεινὰ ἂν εἴην εἰργασμένος ... εἰ ... φοβηθεὶς ... θάνατον ... λίποιμι τὴν τάξιν.*
	Gorg. 522 E *ῥᾳδίως ἴδοις ἄν με φέροντα τὸν θάνατον.*
§ 167, p. 110, 16–17 *Σωκράτης οὐ δεινὸν ἡγεῖται τὸ τεθνάναι.*	pol. III 387 D *ὁ ἐπιεικὴς ἀνὴρ τῷ ἐπιεικεῖ ... τὸ τεθνάναι οὐ δεινὸν ἡγήσεται.*
§ 170, p. 112, 6–8 *Σωκράτης ... θαρρεῖ ... τὴν τελευτὴν*	Phaed. 63 E *φαίνεται εἰκότως ἀνὴρ τῷ ὄντι ἐν φιλοσοφίᾳ διατρίψας τὸν βίον θαρρεῖν μέλλων ἀποθανεῖσθαι.*
καὶ τὴν ἀποδημίαν οὐ δέδοικεν.	apol. 41 A *ἆρα φαύλη ἂν εἴη ἡ ἀποδημία;*

Socratem mortem non veritum multi scriptores veteres admirantur, e. gr. Xen. apol. §§ 1. 9. 23. 33, Teles VII *περὶ ἀλαθείας* ed. Hense [2] p. 57, 3–4 *δεῖ τὸν εὔψυχον καὶ ἀνδρεῖον εὐψύχως τὴν ἑαυτοῦ τελευτὴν φέρειν, ὥσπερ Σωκράτης*, auctor decl. II § 29, p. 141, 14–16 *Σωκράτης ... χαίρων ἀποθνήσκει*, Iulianus or. VI 181 A.

Utriusque apologiae auctores reo seni breve vitae spatium superesse afferunt:

§ 4, p. 15, 18—16, 1 *σμικρός τε ὁ λειπόμενος Σωκράτει χρόνος.*	apol. 38 C *οὐ πολλοῦ γ' ἕνεκα χρόνου ... ὄνομα ἕξετε ... ὡς Σωκράτη ἀπεκτόνατε κτλ.*

In utraque apologia Socrates lacrimis et humilibus precibus iudicum misericordiam commovere a sua et iudicum et urbis Athenarum dignitate alienum esse ratus nihil nisi ius expostulans inducitur:

§ 3, p. 15, 12–17 *οἷς οὐκ ὀλίγοι τῶν φανερῶς ἀδικούντων τῷ τε παρ' ὑμῶν ἐλέῳ καὶ δάκρυσι τοῖς αὑτῶν καὶ παίδων ἱκετείαις εὕραντο σωτηρίαν, τοσοῦτον ἀπέσχε διὰ τούτων αὑτὸν ἐξαιτήσασθαι, ὥστ' ἤδη τινὰς ὑμῶν ᾐσθόμην τραχύτερον ἐσχηκότας πρὸς αὐτὸν τῷ μηδενὶ τούτων ἀξιῶσαι χρήσασθαι.*

apol. 34 C *τάχα δ' ἄν τις ὑμῶν ἀγανακτήσειεν ἀναμνησθεὶς ἑαυτοῦ, εἰ ὁ μὲν καὶ ἐλάττω τουτουῒ τοῦ ἀγῶνος ἀγῶνα ἀγωνιζόμενος ἐδεήθη τε καὶ ἱκέτευσε τοὺς δικαστὰς μετὰ πολλῶν δακρύων παιδία τε αὑτοῦ ἀναβιβασάμενος, ἵνα ὅτι μάλιστα ἐλεηθείη, καὶ ἄλλους τῶν οἰκείων καὶ φίλων πολλούς, ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἄρα τούτων ποιήσω.*

§ 170, p. 112, 9–12 *οὔκουν αἰσχρὰν ζητήσει σωτηρίαν οὐδὲ τὴν μελετηθεῖσαν ἀνδρίαν ἐν τῷ δικαστηρίῳ καταλύσει νομίζων ἀμφοτέροις αἰσχρὰν εἶναι τὴν ἱκετείαν, καὶ αὑτῷ καὶ τῇ πόλει.*

apol. 34 E *πρὸς δ' οὖν δόξαν καὶ ἐμοὶ καὶ ὑμῖν καὶ ὅλῃ τῇ πόλει οὔ μοι δοκεῖ καλὸν εἶναι ἐμὲ τούτων οὐδὲν ποιεῖν καὶ τηλικόνδε ὄντα καὶ τοῦτο τοὔνομα ἔχοντα.*
Cf. etiam Plat. apol. 38 DE.

Socratem defensionem indignam ac turpem aspernatum esse etiam Xenophon commemorat apol. 4, comm. Socr. IV 4, 4 et Platonem Xenophontemque secuti multi scriptores veteres, e. gr. ep. Socr. 14, auctor decl. II § 6, p. 129, 17–18 *οὔτε γὰρ ἔκλαυσεν οὔθ' ἱκέτευσεν οὐδὲ αἰσχρὰν οὐδὲ ἀναξίαν φιλοσοφίας σωτηρίαν εὕρατο.*

Uterque Socratis defensor, et Plato et Libanius, illum rhetorum vana orationis ornamenta facit contemnentem ac simplici et cotidiano sermone usum:

§ 5, p. 16, 13–14 *ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἐργαστηρίων, οὕτω καὶ νῦν ἐν ὑμῖν διείλεκται.*

apol. 17 CD *ἐὰν διὰ τῶν αὐτῶν λόγων ἀκούητέ μου ἀπολογουμένου, δι' ὧνπερ εἴωθα λέγειν καὶ ἐν ἀγορᾷ ἐπὶ τῶν τραπεζῶν . . . καὶ ἄλλοθι κτλ.*

In utraque apologia iudices monentur ne officii aut iuris iurandi sui obliviscantur:

§ 8, p. 18, 6–10 *τὸ χωρίον οὐκ ἔχθρας ἐστὶν ἢ χάριτος κτλ.*	apol. 35 C *οὐ γὰρ ἐπὶ τούτῳ κάθηται ὁ δικαστής, ἐπὶ τῷ καταχαρίζεσθαι τὰ δίκαια, ἀλλ' ἐπὶ τῷ κρίνειν ταῦτα.*
§ 9, p. 18, 16–17 *ὀμώμοκεν ἥκιστα ἐμπλήσειν τὸν αὑτοῦ θυμόν.*	apol. 35 C *ὀμώμοκεν οὐ χαριεῖσθαι*
§ 167, p. 111, 1–3 *οὐ γὰρ κατὰ τὴν Σωκράτους ἐπιθυμίαν ὀμωμόκατε ψηφιεῖσθαι, κατὰ δὲ τοὺς νόμους.*	*οἷς ἂν δοκῇ αὐτῷ, ἀλλὰ δικάσειν κατὰ τοὺς νόμους.*
Cf. etiam § 2, p. 14, 18—15, 4, § 61, p. 48, 4–6, § 167, p. 110, 12–14.	

In utraque apologia auctor iudices se reo capitis damnato a molestis Socratis sermonibus ac vituperationibus liberatum iri sperantes fingit:

§ 173, p. 113, 11–12 *τῶν μὲν παρ' ἐκείνου λόγων ἀπαλλαγῆναι ζητεῖτε.*	apol. 37 D *οὐχ οἷοί τε ἐγένεσθε ἐνεγκεῖν τὰς ἐμὰς διατριβὰς καὶ τοὺς λόγους, . . . ὥστε ζητεῖτε αὐτῶν νυνὶ ἀπαλλαγῆναι.*
Cf. § 10, p. 19, 3–4.	Cf. apol. 39 C.

Utriusque apologiae auctores accusatores non cura rei publicae aut iuventutis bene educandae adductos Socratem persequi ostendunt:

§ 13, p. 20, 11–14 *Ἄνυτος ἐπέθετο Σωκράτει . . . οὐκ ἐκ τῆς πρὸς ὑμᾶς εὐνοίας οὐδ' αὖ φροντίζων τῆς τῶν ὑμετέρων παίδων ἐπιεικείας.*	apol. 25 C *ὦ Μέλητε, ἱκανῶς ἐπιδείκνυσαι, ὅτι οὐδεπώποτε ἐφρόντισας τῶν νέων κτλ.*
Cf. etiam § 29, p. 29, 15–18, § 29, p. 30, 3–5, § 33, p. 31, 17–32, 2.	Cf. etiam 24 C, 26 AB.

Uterque auctor accusatorem ne Socrati interroganti respondeat recusantem inducit:

§ 35, p. 33, 7–9 *τί φής, Ἄνυτε; τί σιγᾷς; . . . καὶ μὴν καὶ σιγῶν ἀποκέκρισαί μοι.*	apol. 24 D *ὁρᾷς, ὦ Μέλητε, ὅτι σιγᾷς κτλ.;* apol. 27 B *εἰ μὴ σὺ βούλει ἀποκρίνασθαι κτλ.*

In utraque apologia iudices admonentur, ne iudicio iniusto rei amicos sibi inimicos reddant, qui mortem Socratis ulciscantur[1]):

§ 50, p. 42, 11–13 *Σωκράτους ἀποθανόντος οἵ γε ὑπὸ τούτου διεφθαρμένοι κακοὶ περὶ ὑμᾶς ἔσονται.* § 176, p. 116, 9–10 *τοῖς λόγοις ἀμυνοῦνται τοὺς αὐτόχειρας Σωκράτους.* Cf. etiam § 175, p. 115, 6–10, § 177, p. 117, 4–6.	apol. 38 C *ὄνομα ἕξετε καὶ αἰτίαν ὑπὸ τῶν βουλομένων τὴν πόλιν λοιδορεῖν, ὡς Σωκράτη ἀπεκτόνατε, ἄνδρα σοφόν· φήσουσι γὰρ δή με σοφὸν εἶναι . . . οἱ βουλόμενοι ὑμῖν ὀνειδίζειν.* Cf. apol. 39 C.

Uterque Socratis defensor huius studia rei publicae utilissima esse scribit[2]):

§ 92, p. 65, 16–17 *τὰ χρησιμώτατα τῷ δήμῳ ποιοῦντος ἐν ταῖς συνουσίαις Σωκράτους.*	apol. 36 C *ἐνταῦθα μὲν οὐκ ᾖα, οἷ ἐλθὼν μήτε ὑμῖν μήτε ἐμαυτῷ ἔμελλον μηδὲν ὄφελος εἶναι, ἐπὶ δὲ τὸ ἰδίᾳ ἕκαστον κτλ.*

Eandem sententiam profert Xenophon comm. Socr. I 2, 61 *Σωκράτης δὲ διὰ παντὸς τοῦ βίου τὰ ἑαυτοῦ δαπανῶν τὰ μέγιστα πάντας τοὺς βουλομένους ὠφέλει.*

In utraque apologia accusator sibi non constare convincitur[3]):

---

[1]) Athenienses, quod Socratem capitis damnaverint, libellis persequi atque accusare amicorum Socratis esse etiam auctor ep. Socr. 15 censet *δεῖ μέντοι γε ἡμᾶς ἄνδρας ἀγαθοὺς γίνεσθαι, κἀκεῖνον μὲν ἐπαινεῖν, ὧν ἐβίωσε σωφρόνως καὶ ὁσίως καὶ εὐσεβῶς, αἰτιᾶσθαι δὲ καὶ ψέγειν τὴν τύχην καὶ τοὺς ἐπισυστάντας αὐτῷ οἳ οὐκ εἰς μακρὰν τίσουσι δίκην.*

[2]) Ut orator rem defendendam civitati utilissimam esse ostendat, praecipiunt rhetores, e. gr. Anaximenes Lampsacenus l. l. I p. 189, 30–32 *πειρατέον δεικνύναι . . . καὶ συμφέρον τῇ πόλει τὸ πεπραγμένον.*

[3]) Ut defensor adversarium a se ipso dissentire coarguat, postulant artium oratoriarum scriptores, e. gr. Anax. L. l. l. I p. 197, 23–24 *πολλὰ δὲ λήψῃ τεκμήρια σκοπῶν εἴτε ὁ λόγος τοῦ ἐναντίου αὐτὸς αὑτῷ ἐναντιοῦται.*

§ 98, p. 68, 21—69, 1 *τὸ μὲν ὡς ἐναντία σαυτῷ λέγεις παρίημι.*	apol. 27 A *οὗτος γὰρ ἐμοὶ φαίνεται τὰ ἐναντία λέγειν αὐτὸς ἑαυτῷ.*

In utraque apologia auctores Socratem adulescentes non depravavisse eo argumento ostendunt, quod nullus necessarius eorum, qui cum Socrate consuetudinem habebant, Socratem ut adulescentium corruptorem in ius vocavit:

§ 102, p. 71, 5–7 *γονεῖς τε ὑβριζόμενοι καὶ ἀδελφοὶ καταφρονούμενοι πάντως ἂν ἤλγησαν καὶ παρωξύνθησαν καὶ πρὸς δικαστήριον ἦκον.*	apol. 33 D *τῶν οἰκείων τινὰς τῶν ἐκείνων, πατέρας καὶ ἀδελφοὺς καὶ ἄλλους τοὺς προσήκοντας, εἴπερ ὑπ' ἐμοῦ τι κακὸν ἐπεπόνθεσαν αὐτῶν οἱ οἰκεῖοι, νῦν μεμνῆσθαι* (sc. *χρῆν*).

In utraque apologia auctores eodem argumento explicant, cur adulescentes magis quam cives Socratis familiaritate utantur, afferentes illis plus temporis vacui esse quam adultis:

§ 119, p. 80, 8–12 *ὃ παρὰ τοῖς ... διδάσκουσι πλείους ποιεῖ τοὺς νέους, τοῦτο καὶ παρὰ τῷδε. τί οὖν τοῦτο ἔστι; τὸ τοὺς μὲν ἐν τῇ τῶν μανθανόντων ὄντας ἡλικίᾳ τούτῳ μόνῳ προσέχειν τὸν νοῦν.*	apol. 23 C *οἱ νέοι μοι ἐπακολουθοῦντες, οἷς μάλιστα σχολή ἐστιν, οἱ τῶν πλουσιωτάτων, αὐτόματοι χαίρουσιν ἀκούοντες ἐξεταζομένων τῶν ἀνθρώπων.*

Socratis necem nave, quam quotannis Athenienses Delum mittere soleant, prolatam esse Libanius legerat et apud Platonem et apud Xenophontem:

§ 181, p. 119, 9–12 *τὸ δὲ καὶ τὴν πρύμναν ἐστέφθαι τοῦ πλοίου τοῦ τὸν χορὸν εἰς τὴν Δῆλον ἄγοντος οὐ φαίνεται δηλοῦν ὡς ἐμποδὼν ὁ θεὸς ἵσταται τῇ τελευτῇ...;*	Plat. Phaed. 58 A-C *ἔτυχε γὰρ τῇ προτεραίᾳ τῆς δίκης ἡ πρύμνα ἐστεμμένη τοῦ πλοίου, ὃ εἰς Δῆλον Ἀθηναῖοι πέμπουσιν κτλ.*	Xen. comm. Socr. IV 8, 2 *ἀνάγκη μὲν γὰρ ἐγένετο αὐτῷ μετὰ τὴν κρίσιν τριάκοντα ἡμέρας βιῶναι διὰ τὸ Δήλια μὲν ἐκείνου τοῦ μηνὸς εἶναι κτλ.*

Legationis illius Deliacae mentionem faciunt complures auctores, e. gr. ep. Socr. 14, decl. II § 7, p. 130, 15–16, § 34, p. 143, 11–18, § 38, p. 146, 10–11.

Xanthippen, Socratis coniugem, ut uxorem et matrem amoris ac sollicitudinis plenam Libanius inducens Platonem videtur sequi:

§ 170, p. 112, 5–6 κλαύσατε, παιδία δυστυχῆ. κλαῦσον Ξανθίππη ταλαίπωρε.	Phaed. 60 A καταλαμβάνομεν . . . τὴν δὲ Ξανθίππην . . . ἔχουσάν τε τὸ παιδίον αὐτοῦ.

Similiter ac Libanius Socratis uxorem et filiolos etiam auctor decl. II commemorat § 17, p. 135, 13–14 μηδὲ τῇ Ξανθίππῃ μηδὲ τοῖς παιδίοις.

Futurum esse ut Athenienses civem iustissimum capitis damnavisse paeniteat Libanius scribens § 174, p. 114, 6–7 πολλὰ δὲ στενάξειν οἶμαι πάντας καὶ μέμψεσθαι καὶ κατηγόροις καὶ ψήφῳ καὶ πᾶσι καὶ σφίσιν αὐτοῖς respicit illas de Atheniensium post Socratis mortem paenitentia narrationes, quas multi scriptores veteres afferunt, e. gr. Diodorus Sic. XIV 37, 7, ep. Socr. 17, ep. quae fertur Xenophontis 1 rec. Orelli p. 47, auctor decl. II § 5, p. 129, 11–14, alii enumerati a Menagio ad Diog. L. II 43. Cum Athenienses Socrate mortuo iudicii paenituisse narret etiam auctor argumenti Isocr. or. XI καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ μετέγνωσαν ὕστερον, ὅτι ἀσεβῶς ἔπραξαν καταψηφισάμενοι Σωκράτους cumque maxima pars rerum in hoc argumento commemoratarum Hermippi *Βίοις* tribuenda esse videatur [1]), hanc quoque de Atheniensium post Socratis mortem paenitentia narrationem ex eodem Hermippi opere manavisse suspicari velim.

Socratem cum luscinia comparans Libanius alludit ad illos fabulae Euripideae quae inscripta est *Παλαμήδης* versus, quibus Athenienses in theatro permotos Socratem mortuum deflevisse referunt auctor argumenti Isocr. or. XI et Diog. L. II 44; ut Libanius ita translationem illam Euripideam in suum usum convertit etiam auctor decl. II:

apol. § 175, p. 115, 8–9 ἔρημον δὲ τὸ	decl. II § 27, p. 141, 1–2 ἔα δὲ ᾄδειν	Eur. frg. 591, Nauck² p. 158 ἐκάνετε . . .

[1]) Cf. Fries, Wochenschr. f. klass. Philol. XXI 1904, p. 1044.

ἄσιν τῆς ἐκείνου φωνῆς, ὥσπερ τινὸς ἀηδόνος.	*καὶ τὴν ἀηδόνα τὴν Ἀττικήν.*	*τὰν οὐδέν' ἀλγύνουσαν ἀηδόνα Μουσᾶν.*

Libanius peregrinos studio Socratis audiendi adductos rerum in vitae illius fine factarum ignaros post eius mortem Athenas venturos eiusque sepulcrum investigaturos esse scribens in animo habuit duas de adulescentibus Socratem audire cupientibus ex aliis urbibus Athenas frustra profectis narrationes traditas de adulescente quodam Lacedaemonio ab auctore ep. Socr. 17, de Cyrsa quodam Chio a Suida s. v. *Σωκράτης Σωφρονίσκου:*

§ 174, p. 114, 10–12 *. . . ὅταν οἱ ξένοι καταπλέωσι μὲν ὡς συνεσόμενοι τἀνδρί, τεθνεῶτα δὲ εὑρόντες ζητῶσι τὸν τάφον.*	ep. Socr. 17 *ἧκε γάρ τις . . . . συγγενέσθαι αὐτῷ . . . διαπυθόμενος δὲ ὅπου εἴη ὁ τάφος κτλ.*	Suidas l. l. *Κύρσας δέ τις τοὔνομα, Χῖος τὸ γένος, ὡς συνεσόμενος ἦλθε Σωκράτει, ᾧ καθεύδοντι περὶ τὸν τάφον κτλ.*

§ 2. De Socratis amicis.

Socratis amicorum nomina Libanio Platonis et Xenophontis libri praebuerunt:

§ 183, p. 120, 8 *Κρίτων, ἡλικιῶτα Σωκράτους καὶ δημότα.*	Plat. apol. 33 E *Κρίτων οὑτοσί, ἐμὸς ἡλικιώτης καὶ δημότης.*

§ 150, p. 100, 9–10 *τί γὰρ ἂν σὺ καταγνοίης Πλάτωνος; τί δ' ἂν Κρίτωνος; τί δ' Αἰσχίνου; τί Χαιρεφῶντος;*	Plat. apol. 33 E . . . *Αἰσχίνου . . . οὑτοσὶ Πλάτων.* Plat. apol. 21 A *Χαιρεφῶντα γὰρ ἴστε που. οὗτος ἐμός τε ἑταῖρος ἦν κτλ.*	Xen. comm. Socr. I 2, 48 *Κρίτων τε Σωκράτους ἦν ὁμιλητὴς καὶ Χαιρεφῶν κτλ.*

Unum e Socratis amicis in iudicio praesentibus Libanius apologiam Socratis facit dicentem; sed de quo auctor cogitaverit vix stabiliri potest; ansam autem ad Socratis defensionem

scribendam Libanio dedisse videtur Xenophon apol. 22 *ἐρρήθη μὲν δῆλον ὅτι τούτων πλείονα ὑπό τε αὐτοῦ καὶ τῶν συναγορευόντων φίλων αὐτῷ.*

Nonnullos Socratis amicos eum in vincula coniectum visitare solitos auctor decl. II exhibet e Platonis dialogo, qui inscribitur *Φαίδων:*

§ 23, p. 138, 8–10 *Ἀπολλόδωρος καὶ Κρίτων καὶ Φαίδων καὶ Σιμμίας καὶ Κέβης, Ἑρμογένης, Ἐπιγένης, Ἀντισθένης, Αἰσχίνης.*	Phaed. 59 BC *ΦΑΙΔ. οὗτός τε δὴ ὁ Ἀπολλόδωρος . . . καὶ . . . [Κρίτων] καὶ ἔτι Ἑρμογένης καὶ Ἐπιγένης καὶ Αἰσχίνης καὶ Ἀντισθένης . . . Σιμμίας τέ γε ὁ Θηβαῖος καὶ Κέβης.*

Is autem Socratis familiaris, a quo auctor declamationem fingit habitam, videtur esse Aristippus; etenim cum Aristippum et Cleombrotum ultimis Socratis vitae diebus non Athenis sed in insula Aegina moratos esse tradat Plato Phaed. 59 C *τί δέ; Ἀρίστιππος καὶ Κλεόμβροτος παρεγένοντο; – οὐ δῆτα· ἐν Αἰγίνῃ γὰρ ἐλέγοντο εἶναι*, cumque Cleombrotus parum notus fuerit, auctor amicum declamationem habentem se negotiis impediri, quominus Socratem in carcere audiat proferentem inducens profecto de Aristippo Aeginae versato videtur cogitavisse; praeterea similiter atque auctor decl. II amicum Socratis se ultimos illius sermones ab aliis amicis discere posse dicentem facit, auctor ep. Socr. 16 Aristippum se et Cleombrotum res Socratis extremas comperisse scribentem fingit:

§ 38, p. 146, 16–19 *ἐγὼ μὲν ἐνταῦθα ἀσχολοῦμαι, Σωκράτης δὲ ἑταίροις λαλεῖ. καὶ ταῦτα ἔνι μὲν καὶ παρὰ τῶν ἑταίρων τῶν ἀκουσάντων μαθεῖν*[1]).	ep. Socr. 16 epistologr. Gr. rec. Hercher p. 622 *τὰ περὶ τᾶς τελευτᾶς Σωκράτους ἐμάθομεν ἐγώ τε καὶ Κλεόμβροτος.*

E ceteris Socratis familiaribus Phaedonem Libanio com-

[1]) Ad totam decl. II componendam auctor imprimis videtur impulsus esse his verbis Platonicis Phaed. 58 C *τίνες οἱ παραγενόμενοι τῶν ἐπιτηδείων τῷ ἀνδρί; ἢ οὐκ εἴων οἱ ἄρχοντες παρεῖναι, ἀλλ' ἔρημος ἐτελεύτα φίλων*; aliam decl. II scribendae ansam affert Foerster, Libanii opera V p. 123 [1].

memoranti § 184, p. 121, 3–4 *λύει τὰς βλασφημίας Φαίδων μετὰ τὸν χείρω βίον φιλοσοφῶν* obversatae sunt illae de Phaedone captivo ad quaestum turpissimum coacto sed libertate recuperata ad philosophiam a Socrate perducto narrationes a multis auctoribus veteribus traditae: a Diog. L. II 31 *Φαίδωνα δὲ δι' αἰχμαλωσίαν ἐπ' οἰκήματος καθήμενον προσέταξε Κρίτωνι λυτρώσασθαι καὶ φιλόσοφον ἀπειργάσατο* et II 105, a Suida s. v. *Φαίδων*[1]), ab A. Gellio noct. Att. II 18, a nonnullis auctoribus Christianis philosophos Graecos aggressis, ab Origene c. Celsum I 64 et III 67 ed. Koetschau I p. 116, 19–22 et p. 260, 3–7, a Lactantio inst. div. III 25, 15 ed. Brandt I p. 259, 3–6. Primus fons, e quo illae de Phaedone narrationes manaverunt, videtur fuisse Hermippi liber, qui inscriptus erat *περὶ τῶν διαπρεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων*[2]).

Apollodorum, quem Libanius affert § 28, p. 29, 10–11 *Ἀπολλόδωρος μὲν ἤκουε πρᾴως* esse assiduum illum Socratis sectatorem a Platone apol. 34 A, 35 B, Phaed. 59 A, 117 D, symp. 172 A C, 173 D, a Xenophonte comm. Socr. III 11, 17, apol. 28 descriptum eundemque statuarium illum a Plinio n. h. XXXIV 81. 86 commemoratum ostendit Foerster in annot. ad Libanii l. l.

Ξενοκλείδης (sic!) autem a Libanio inductus § 28, p. 29, 11 in Socratis amicorum vel modo virorum illi notorum numero nusquam commemoratur; neque quisquam e sex personis illis a Kirchnero prosop. Att. II p. 154 s. v. *Ξενοκλείδης* enumeratis aut Socratis aequalis fuit aut propter artem a Socrate vel ab ullo alio afferri vel illudi potuit. At inter Socratis aequales, quorum nominis forma a Xenoclide non multum distat quique publice maxime irridebantur, quibus igitur erat, cur derisores in ius vocarent, est Xenocles ille, Carcini filius, poeta tragicus,

[1]) E Suidae opere illam narrationem eademque verba exscripsit auctor libelli nomen Hesychii Illustrii Milesii prae se ferentis, qui inscribitur *ὀνοματολόγος ἢ πίναξ τῶν ἐν παιδείᾳ ὀνομαστῶν* s. v. *Φαίδων* ed. Flach, p. 221.

[2]) Cf. Preller, Phaedons Lebensschicksale und Schriften in Rhen. Mus. 4, 1846, p. 391—399 (= Ersch und Gruber, Allgem. Enzykl. der Wissenschaften und Künste III 21, p. 357 sq. et Ausgewählte Aufsätze aus dem Gebiete der class. Altertumswissenschaft von L. Preller, hrsg. von Koehler, Berlin 1864, p. 363—370).

illusus et a Platone comico frg. 134 Kock I p. 636, et ab Aristophane nub. 1260—1261, vesp. 1502—1504, pac. 781—790, ran. 86, thesmoph. 169. 440—442. Itaque pro *Ξενοκλείδης* nomine apud Libanium *Ξενοκλῆς* formam substituendam esse existimaverim. Libanius enim, ut afferens exempla virorum propter artes a Socrate in sermonibus allatorum cum Apollodoro statuario Xenoclem poetam coniungeret, ea re videtur adductus esse, quod Socrates apud Plat. apol. 21 C — 22 E ut viros rerum civilium peritos bonosque opifices ita etiam poetas examinat et confutando offendit atque ib. 23 E a vicariis non solum virorum in re publica versatorum et artificum sed etiam a Meleto poeta reus fit [1]).

Alcibiadem Libanius §§ 137—141, p. 91,10—95,5 summis laudibus efferens cum alios auctores tum Isocratis or. XVI sequitur. Ac primum quidem *γένος* Alcibiadis praedicat imitatus Isocratem et Demosthenem:

§ 137, p. 91, 10—11 *τί οὖν ἄν τις Ἀλκιβιάδου κατηγοροίη; πότερον ὅτι τὸν Ἀλκμαίωνα καὶ τὸν Ἱππόνικον ἀκούων κτλ.*	Isocr. or. XVI 25 *ὁ γὰρ πατὴρ . . . ἦν . . . πρὸς γυναικῶν δ' Ἀλκμαιωνιδῶν κτλ.* Isocr. or. XVI 31 *τὴν μητέρα τὴν ἐμὴν ἔγημεν· . . . ὁ . . . πατὴρ αὐτῆς Ἱππόνικος κτλ.*	Dem. or. XXI 144 *λέγεται πρὸς πατρὸς μὲν Ἀλκμαιωνιδῶν εἶναι, . . . πρὸς δὲ μητρὸς Ἱππονίκου κτλ.*
§ 137, p. 91,18 *Κλεινίαν καὶ μάχας καὶ τελευτὴν ἔνδοξον* [2]).	Plat. Alc. I 112 C *ἐν Κορωνείᾳ . . . καὶ ὁ σὸς πατὴρ Κλεινίας ἐτελεύτησεν.*	Isocr. or. XVI 28 *πατὴρ αὐτοῦ μαχόμενος ἐν Κορωνείᾳ τοῖς πολεμίοις ἀπέθανεν.*

[1]) Apollodorum et Xenoclidem exempla quaelibet opificum manibus victum sibi quaerentium esse Roggius l. l. p. 26 parum probabiliter opinatur.

[2]) Alcibiadem e gentis splendore spiritus sumpsisse Libanius scribit in decl. XII inscripta *Τίμων ἐρῶν Ἀλκιβιάδου ἑαυτὸν προσαγγέλλει*, § 28 ed. Foerster V p. 550, 13—16 *ἀλλ' Ἀλκμαιωνίδης, ἀλλ' ἐξ Ἱππονίκου καὶ τῆς μεγάλης οἰκίας καὶ Μεγακλέα καὶ Κλεινίαν καὶ τὸ πρὸς μητρὸς Περικλέα καὶ τὴν Δεινομάχην αὐχῶν.*

Alcibiadem originis gloria elatum esse Libanius afferens e parte Thucydidis verba imitatione exprimit:

§ 137, p. 91, 13—92, 1 *φρονήματος ἔγεμε.*	Thuc. V 43, 1—2 *Ἀλκιβιάδης ὁ Κλεινίου . . . . φρονήματι φιλονεικῶν.*
§ 137, p. 92, 3 *τὴν τῶν προγόνων διεδέξατο τάξιν.*	Thuc. V 43, 1 *ἀξιώματι δὲ προγόνων τιμώμενος.*

Alcibiadis pulchritudinem Libanius et aliunde noverat[1]) et apud Platonem et apud Xenophontem praedicatam invenit:

§ 137, p. 92, 2 *καλὸν αὐτὸν ἡ μήτηρ ἔτεκε καὶ θαυμαστὸν τὴν ὥραν.*	Plat. Prot. 309 A *πόθεν, ὦ Σώκρατες, φαίνει; ἢ δῆλα δὴ ὅτι ἀπὸ κυνηγεσίου τοῦ περὶ τὴν Ἀλκιβιάδου ὥραν; καὶ μήν μοι . . . καλὸς μὲν ἐφαίνετο.*	Xen. comm. Socr. I 2, 24 *Ἀλκιβιάδης δ' αὖ διὰ μὲν κάλλος ὑπὸ πολλῶν καὶ σεμνῶν γυναικῶν θηρώμενος*[2]).

Alcibiadem maiores secutum in civitatem beneficia contulisse Libanius legit et apud Isocratem et apud Demosthenem:

§ 137, p. 92, 3—4 *πρὸς τὸ τὴν πόλιν εὖ ποιεῖν ὥρμησεν.*	Isocr. or. XVI 16 *πόλλ' ἀγαθὰ τὴν πόλιν ἐποίησεν.*	Dem. or. XXI 144 *ὑπάρχουσι πολλαὶ καὶ μεγάλαι πρὸς τὸν δῆμον εὐεργεσίαι.*

Alcibiadem civitates Lacedaemoniis finitimas ad bella illis inferenda commovisse Libanium docuerunt et Isocrates et Thucydides:

§ 137, p. 92, 4—6 *τοὺς ὁμόρους πρὸς τὴν Σπάρτην ἐξεπολέμωσε καὶ τὴν τῆς Ἀττικῆς φθο-*	Isocr. or. XVI 15 *τὰς μεγίστας πόλεις τῶν ἐν Πελοποννήσῳ Λακεδαιμονίων μὲν ἀπέ-*	Thuc. V 43–47, imprimis VI 16, 6 *Πελοποννήσου γὰρ τὰ δυνατώτατα ξυστήσας ἄνευ με-*

[1]) Cf. or. XXX t. III 99, 8 ed. Foerster.

[2]) Ad eundem Xenophontis locum Libanius alludit in eadem decl. XII § 50, p. 562, 15—16 *ἐπὶ τὰς γυναῖκας τῶν Ἀθηναίων τῇ ὥρᾳ . . . ἀποχρῆσαι.*

ρὰν ἐπὶ τὴν ἐκείνων μετέστησεν.	*στησεν, ὑμῶν δὲ συμμάχους ἐποίησε, καὶ εἰς . . . κινδύνους αὐτοὺς κατέστησε.*	*γάλου ὑμῖν κινδύνου καὶ δαπάνης Λακεδαιμονίους ἐς μίαν ἡμέραν κατέστησα ἐν Μαντινείᾳ περὶ τῶν ἁπάντων ἀγωνίσασθαι.*

Alcibiadis in Siciliam expeditionem Libanius legit descriptam cum apud Isocratem tum apud Thucydidem:

§ 138, p. 92, 10–15 *εἶδεν ἐπὶ τὸν Ἰόνιον, εἶδε νῆσον μεγάλην, ὠρέχθη Σικελίας, ἐπεθύμησεν Ἰταλίας, ἤλπισεν ἕξειν Λιβύην, κτλ.*	Thuc. VI 30, 1 *τὸν Ἰόνιον διαβαλοῦσιν.* Thuc. VI 15, 1 *ἐλπίζων Σικελίαν τε δι' αὐτοῦ καὶ Καρχηδόνα λήψεσθαι.*	Isocr. or. XVI 7 *τὸν δ' εἰς Σικελίαν στρατηγὸν ἐχειροτόνησαν.* ib. 15 *περὶ Σικελίαν ἐστρατήγησεν.*

Alcibiadem in suspicionem mysteriorum nefarie in aedibus privatis ludibrio habitorum et Hermarum deiectorum venisse atque illis de causis reum factum e Sicilia Athenas revocatum esse Libanius explicans testimonia sequitur imprimis Thucydidis:

§ 138, p. 92, 15 *οἱ φθονοῦντες καὶ κωλύοντες.*	Thuc. VI 16, 3 *ὅσα . . . λαμπρύνομαι, τοῖς μὲν ἀστοῖς φθονεῖται.*
§ 138, p. 92, 16 — 93, 2 *ἐπειδὴ λέγοντες οὐκ ἐκράτουν, ἠσέβουν μὲν αὐτοὶ καὶ περιέκοπτον τοὺς Ἑρμᾶς, τὰ δ' αὐτῶν κακὰ φέροντες ἐκείνῳ περιῆπτον,* *καὶ μέτοικοι καὶ μυστήρια*[1].	Thuc. VI 28, 2 *οἱ μάλιστα τῷ Ἀλκιβιάδῃ ἀχθόμενοι . . . . ἐβόων ὡς ἐπὶ δήμου καταλύσει τά τε μυστικὰ καὶ ἡ τῶν Ἑρμῶν περικοπὴ γένοιτο.* ib. 28, 1 *μηνύεται οὖν ἀπὸ μετοίκων . . . καὶ τὰ μυστήρια ἅμα κτλ.*

[1]) Alcibiadem mysteriorum illusorum et Hermarum laesorum accusatum identidem commemorant oratores Attici: Isocr. or. XVI 6, Andoc. or. I 11, Lys. or. XIV 42, Dem. or. XXI 147.

§ 139, p. 93, 4 *δοῦναι λόγον ἤθελεν,*	ib. 29, 1 *ἑτοῖμος ἦν ... δίκην δοῦναι.*
οἱ δὲ ἐκέλευον πλεῖν.	ib. 29, 3 *ἔλεγον νῦν μὲν πλεῖν αὐτόν.*
§ 139, p. 93, 5 *ἔπλει τὸν Ἰόνιον, οἱ δὲ τὸν δῆμον ἠρέθιζον.*	ib. 61, 1 *περὶ δὲ τοῦ Ἀλκιβιάδου ἐναγόντων τῶν ἐχθρῶν .... χαλεπῶς οἱ Ἀθηναῖοι ἐλάμβανον.*
§ 139, p. 93, 5–6 *προσήγετο τὴν νῆσον.*	ib. 48, 2 *προσαγαγομένους δὲ τὰς πόλεις.*
§ 139, p. 93, 6–9 *οἱ δὲ ἐκάλουν εἰς ὄλεθρον ... ἡγήσατο τότε παρὰ τῆς Σαλαμινίας ἀκούειν.*	ib. 53, 1 *καταλαμβάνουσι τὴν Σαλαμινίαν ναῦν ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ἥκουσαν ἐπί τε Ἀλκιβιάδην κτλ.*
§ 139, p. 93, 11–12 *δοκεῖς μὲν ἐπὶ κρίσιν, καλῇ δὲ ἐπὶ θάνατον.*	ib. 61, 4 *βουλόμενοι αὐτὸν ἐς κρίσιν ἀγαγόντες ἀποκτεῖναι.*
§ 139, p. 93, 12 *πίστιν ἔχουσιν αἱ διαβολαί.*	ib. 53, 2 *διὰ πονηρῶν ἀνθρώπων πίστιν.*

Alcibiadem Spartam fugisse Libanius scribit secutus Thucydidem et Isocratem:

§ 140, p. 94, 1 *ὁ δ' ἦν μὲν ἐν Σπάρτῃ.*	Thuc. VI 88, 10 *ὕστερον ἐς τὴν Λακεδαίμονα ... ἐλθών.*	Isocr. or. XVI 9 *ἐπὶ Λακεδαιμονίους ἠναγκάσθη καταφυγεῖν.*

Alcibiadem Persarum regis amicitiam Lacedaemoniis avertisse, Atheniensibus paravisse Libanius accepit a Thucydide et Isocrate:

§ 140, p. 94, 3–6 *μεταφέρων μὲν ἐς τὴν τῆς πόλεως χρείαν τὴν βασιλέως ῥοπήν, καταλύων δὲ τὸ Λακεδαιμονίων ναυτικὸν ἀπορίᾳ μισθοῦ, τῶν δὲ προσδο-*	Thucyd. VIII 45, 2 *ὑποχωρεῖ δείσας παρὰ Τισσαφέρνην, ἔπειτα ἐκάκου πρὸς αὐτὸν ὅσον ἐδύνατο μάλιστα τῶν Πελοποννησίων τὰ πράγματα ... τήν τε μισθο-*	Isocr. or. XVI 20 *γενόμενος δὲ μεθ' ὑμῶν ἔπεισε μὲν Τισσαφέρνην μὴ παρέχειν χρήματα Λακεδαιμονίοις .. διέδωκε δὲ παρ' αὐτοῦ μισθὸν τοῖς στρατιώταις, ...*

κομένων τριήρων ἀποστερῶν.	*φορὰν ξυνέτεμεν.* ib. 46, 1 *παρῄνει δὲ καὶ … μηδὲ βουληθῆναι κομίσαντα ἢ ναῦς Φοινίσσας ὥσπερ παρεσκευάζετο ἢ Ἕλλησι πλείοσι μισθὸν πορίζοντα.* Cf. ib. VIII 50, 2, VIII 52, 1, VIII 81, 3.	*ἀπέστρεψε δὲ τὰς ναῦς τὰς Φοινίσσας.*

Alcibiadis victorias et maritimas et terrestres atque urbes captas Libanius obiter simili modo commemorat atque Isocrates:

§ 140, p. 94, 8–9 *αἰσχυνθέντες ὑμεῖς ναυμαχίας καὶ μάχας καὶ νίκας καὶ πόλεις προσγεγενημένας.*	Isocr. or. XVI 21 *ὅσας τριήρεις ἔλαβεν ἢ μάχας ἐνίκησε ἢ πόλεις κατὰ κράτος εἷλεν ἢ λόγῳ πείσας φίλας ὑμῖν ἐποίησε, πολὺ ἂν ἔργον εἴη λέγειν.*

Alcibiadem ab Atheniensibus revocatum esse Libanius refert secutus Thucydidem:

§ 140, p. 94, 9–10 *ἐψηφίσασθε τὴν κάθοδον καὶ τὰς ἀρὰς ἀνελύσατε.*	Thuc. VIII 81, 1 *ψηφισαμένων αὐτῶν Ἀλκιβιάδῃ κάθοδον καὶ ἄδειαν.* Cf. VIII 97, 2.

Alcibiadem viam veterem pompis sollemnibus reddidisse Libanius narrat cum Xenophonte:

§ 140, p. 94, 10–12 *ὁ δὲ τοῖς μυστηρίοις ὁ κάκιστος ἐκεῖνος ἀπέδωκε τὴν ἀρχαίαν ὁδόν.*	Xen. hist. Gr. I 4, 20 *πρότερον μὲν τὰ μυστήρια τῶν Ἀθηναίων κατὰ θάλατταν ἀγόντων διὰ τὸν πόλεμον κατὰ γῆν ἐποίησεν κτλ.*

Alcibiadis victorias cursibus equestribus Olympiae partas Libanius laudat imitatus Thucydidem et Isocratem:

§ 141, p. 94, $_{12-14}$	Thucyd. VI 16, 2–3	Isocr. or. XVI 34
ἐῶ λέγειν ἁρμάτων πλῆθος καὶ μεγάλας ὑπὲρ ὑμῶν Ὀλυμπίασι δαπάνας, ἀφ' ὧν δόξαν ὑμεῖς εἰς τὸ κοινὸν ἰσχύος ἐσχήκατε.	*Ἕλληνες καὶ ὑπὲρ δύναμιν μείζω ἡμῶν τὴν πόλιν ἐνόμισαν τῷ ἐμῷ διαπρεπεῖ τῆς Ὀλυμπίαζε θεωρίας ... ἅρματα μὲν ἑπτὰ καθῆκα ... καὶ αὕτη ἰσχὺς φαίνεται.*	*ζεύγη γὰρ καθῆκε τοσαῦτα μὲν τὸν ἀριθμόν . . . ἐν ταῖς θυσίαις καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς περὶ τὴν ἑορτὴν δαπάναις οὕτως ἀφειδῶς διέκειτο κτλ.*

Alcibiadis sumptus et apparatus Olympiacos commemorant etiam [Andoc.] or. IV 25 *λέξειν δὲ περὶ τῆς νίκης τῆς Ὀλυμπίασι* et Dem. or. XXI 145 *ἔτι δὲ ἵππων Ὀλυμπίασιν ἀγῶνες ὑπῆρχον αὐτῷ καὶ νῖκαι καὶ στέφανοι.*

Alcibiadem iterum ob gubernatoris temeritatem, non ob suam nequitiam punitum esse Libanius scribens § 141, p. 94, $_{14}$—95, $_{2}$ *φανεῖται τοίνυν κἂν τοῖς δευτέροις κυβερνήτου προπετείας, οὐχ ἑαυτοῦ κακίας ὑποσχὼν δίκην* alludit ad Atheniensium cladem apud Notium sine Alcibiadis culpa propter Antiochi gubernatoris audaciam acceptam quae narratur a Xenophonte hist. Gr. I 5, 11—16.

Alcibiadem, nisi Socratis disciplina usus esset, hominem multo peiorem futurum fuisse Libanius arbitratus eandem sententiam profert quam auctor declamationis Demosthenis nomen ferentis, quae inscribitur *ἐρωτικός:*

§ 160, p. 107, $_{1-2}$ *Κριτίας δὲ καὶ Ἀλκιβιάδης πολὺ φαυλοτέρω μηδ' ἀψαμένω*[1]).	[Dem.] or. LXI 45 *Ἀλκιβιάδην εὑρήσεις φύσει μὲν πρὸς ἀρετὴν πολλῷ χεῖρον διακείμενον . . ., ἀπὸ δὲ τῆς Σωκράτους ὁμιλίας πολλὰ μὲν ἐπανορθωθέντα τοῦ βίου.*

---

[1]) Libanium Alcibiadi haud ubique favisse apparet e declamatione inscripta *Ἀλκιβιάδης δᾳσὶ μυστικαῖς ἐκώμασε καὶ κρίνεται ἀσεβείας,* cuius declamationis fragmenta collegit et edidit Foerster in Mélanges Graux, Paris 1884, p. 634—639.

Amicos Socratis post huius mortem Athenis in alias urbes fugientes Libanius commemorans § 175, p. 115,11–13 *φεύγοντας ἄλλον ἄλλοσε, τοὺς μὲν εἰς Μέγαρα, τοὺς δ' εἰς Κόρινθον, τοὺς δ' εἰς Ἦλιν, τοὺς δὲ εἰς Εὔβοιαν* cogitavit 1) de Platone aliisque philosophis, quos Megara ad Euclidem confugisse tradit Hermodorus apud Diog. L. II 106 et III 6 *καθά φησιν Ἑρμόδωρος, εἰς Μέγαρα πρὸς Εὐκλείδην σὺν ἄλλοις τισὶ Σωκρατικοῖς ὑπεχώρησεν.* 2) de Xenophonte, quem Scillunte expulsum Corinthi sibi domicilium constituisse narrat Dinarchus apud Diog. L. II 53 *φησὶ δ' ὁ Δείναρχος ... Ξενοφῶντα ... εἰς Κόρινθον διασωθῆναι καὶ αὐτόθι κατοικῆσαι.* 3) de Phaedone Eleo, quem in patriam Socrate mortuo revertisse cum ipsa re verisimile est tum inde colligi potest, quod philosophos Phaedonem sectatos Eleos fuisse et primum Eli philosophiam docuisse et propterea Eliacos appellatos esse testatur Diog. L. II 105 *διάδοχος δ' αὐτοῦ Πλείστανος Ἠλεῖος· καὶ τρίτοι ἀπ' αὐτοῦ οἱ περὶ Μενέδημον τὸν Ἐρετριέα ... καὶ ἕως μὲν τούτων Ἠλειακοὶ προσηγορεύοντο* et II 126, 4) de Menedemo Eretriensi, quem sectam Eliacam Eretriam Euboicam, in patriam suam, transtulisse inde videtur esse concludendum, quod philosophos Eliacos e Menedemi diebus Eretriacos appellatos esse memoriae prodiderunt et Cicero acad. IV 42, 129 *a Menedemo Eretriaci appellati* et Diog. L. II 105; II 126[1]). — Socratis amicorum post huius mortem in varias urbes diffugium saepius afferunt scriptores veteres, e. gr. ep. Socr. 16, Ioannes Chrys. hom. IV *εἰς τὸν ἅγιον ἀπόστολον Παῦλον*, Migne 50, 495 et in Pauli ad Coloss. ep. hom. X 4, Migne 62, 370.

§ 3. De Socratis accusatoribus.

Socratis accusatorum nomina Libanius mutuatus est a Platone:

§ 175, p. 115,19—116,1 *ταῦτα ἐπέπεικε Λύκων, ταῦτ' εἰσηγή-*	apol. 23 E *Μέλητός μοι ἐπέθετο καὶ Ἄνυτος καὶ Λύκων κτλ.*

[1]) Menedemum Socratis aequalem et familiarem fuisse Libanius ratus similiter erravit ac Diogenes L., qui Menedemum ad Platonem venisse scribit II 125 *πεμφθεὶς δὲ φρουρὸς ὁ Μενέδημος ὑπὸ τῶν Ἐρετριέων εἰς Μέγαρα ἀνῆλθεν εἰς Ἀκαδημίαν πρὸς Πλάτωνα.*

σατο Μέλητος[1]), *ἐπὶ τούτοις Ἄνυτος ἐδίωκεν.*
Cf. etiam § 2, p. 4, 10–14.

Socratis accusatorum nomina multi auctores veteres iterant, e. gr. Diog. L. II 39, Maximus Tyr. diss. IX 2—3, schol. Plat. apol. 23 E (Platonis opera edd. B.-O.-W. p. 893 b, 41 — 894, 8), ep. Socr. 14.

Anyti filios Socratis consuetudine ac disciplina usos esse Libanius commemorans rem similem narrat atque Xenophon:

§ 24, p. 27, 13–15 *οἱ τούτου παῖδες καὶ προσῄεσαν καὶ ἔχαιρον τῷ νῦν φεύγοντι τὴν δίκην.*	Xen. apol. 30 *συνεγενόμην γάρ ποτε βραχέα τῷ Ἀνύτου υἱῷ, καὶ ἔδοξέ μοι οὐκ ἄρρωστος τὴν ψυχὴν εἶναι*[2]).

Libanius Anytum patriae amatorem nominans Platonem imitatur:

§ 34, p. 32, 15—33, 1 *ἐρωτῶ δὲ ὑμῶν ἐναντίον τὸν φιλόπολιν Ἄνυτον.*	apol. 24 B *Μέλητον τὸν ἀγαθόν τε καὶ φιλόπολιν.*

Libanio Anytum simulate virum sapientissimum appellanti obversata videtur esse res quaedam a Diogene L. tradita:

§ 87, p. 62, 13 *ὁ σοφώτατος Ἄνυτος.*	Diog. L. VI 10 *Ποντικοῖς . . . νεανίσκοις κατὰ κλέος τοῦ Σωκράτους ἀφιγμένοις περιτυχὼν ἀπήγαγεν αὐτοὺς πρὸς τὸν Ἄνυτον εἰπὼν ἐν ἤθει σοφώτερον εἶναι τοῦ Σωκράτους.*

§ 4. De Socratis aliis aequalibus.

Periclem, Xanthippi filium, plurimum in urbe valuisse Libanius scribens sequitur Thucydidem:

---

[1]) Meletum solum e Socratis accusatoribus Libanius affert ep. 289 *ὁρῶν δὲ αὐτὸν καὶ ταῦτα εἰς ἔπαινον ἄγοντα, ὦ βέλτιστε, ἔφην, οὐδὲ Σωκράτην ἄνδρα θεῖον ἡγούμενος καὶ ἀπέχειν, ὧν ἐνεκάλει Μέλητος, ἀξιώσαιμ' ἂν ἐπαινεῖσθαι.*

[2]) Hanc Xenophontis de Socratis cum Anyti filio colloquio narrationem ad Plat. Men. 90 AB adumbratam esse Beyschlag l. l. p. 16—17 incassum opinatur.

§ 156, p. 104, 13–14 *ὁ Ξανθίππου Περικλῆς .... πλεῖστον ἐν τῇ πόλει δυνηθῆναι.*	Thuc. I 127, 1—2 *Περικλέα τὸν Ξανθίππου . . . ὢν γὰρ δυνατώτατος κτλ.* Cf. Thuc. I 139, 4.

Pericli Iovis cognomen fuisse, id quod Libanius affert § 156, p. 104, 14–15 *τῇ τοῦ Διὸς προσηγορίᾳ κοσμηθῆναι*, multi auctores veteres tradunt, e. gr. Cratinus com. *Θρᾴτταις* frg. 71 Kock I p. 35 (= ed. Mein. frg. I, t. II 1 p. 61) *Ζεὺς ὅδε προσέρχεται | Περικλέης*, Aristoph. Acharn. 530 *Περικλέης Οὑλύμπιος*, schol. Plat. Menex. 235 E (Platonis opera edd. B.-O.-W. p. 924, 2) *Περικλῆς Ὀλύμπιος προσηγορεύετο*. Plut. Pericl. 8. 39. Libanius ipse Periclem appellat Olympium passim in decl. XII.

Periclem, cum cives ei maligni essent, a populo ad maiores honores vocatum esse Libanius narrans pendet e Thucydide:

§ 156, p. 104, 16–17 *ὅτε δὴ χαλεπῶν ἔτυχε τῶν πολιτῶν, ἀξίως ὑπὸ τοῦ δήμου πρὸς τὰ κάλλιω κεκλῆσθαι.*	Thuc. II 21, 3 *Περικλέα ἐν ὀργῇ εἶχον.* Thuc. II 65, 2 *ὕστερον δ' αὖθις οὐ πολλῷ, ὅπερ φιλεῖ ὅμιλος ποιεῖν, στρατηγὸν εἵλοντο καὶ πάντα τὰ πράγματα ἐπέτρεψαν.*

Periclem Anaxagorae disciplina usum esse Libanius commemorans rem profert a multis auctoribus veteribus iteratam atque cum plurimis verbotenus consentit:

§ 156, p. 104, 12–13 *ὁ δὲ Ἀναξαγόρου μαθητής.*	Isocr. or. XV 235 *Περικλῆς δὲ . . . ἐγένετο μαθητής, Ἀναξαγόρου κτλ.*	[Dem.] or. XLI 45 *Περικλέα . . . πλησιάσαντα Ἀναξαγόρᾳ . . . μαθητὴν ἐκείνου γενόμενον.*

§ 156, p. 105, 1–2 *ἄνδρα σπουδαῖον ἡγοῦντο τὸν ὁμολογοῦντα συγγεγονέναι τῷ σοφιστῇ.*	Plat. Alc. I 118 C *λέγεται . . . συγγεγονέναι καὶ . . . Ἀναξαγόρᾳ.* Cf. etiam Phaedr. 270 A, [Plat.] ep. II 331 A.

E posteriorum temporum auctoribus permulti Periclem Anaxagorae discipulum fuisse afferunt, e. gr. Plut. Pericl. 4,

Aristides or. XLVI rec. Dindorf II p. 167, 15–16, Dio Chrys. or. XLIX 6 ed. de Arnim II p. 95, 9, Iulianus or. VIII 246 A.

Anaxagoram vinctum a Pericle precibus liberatum ac servatum esse Libanius narrans sequitur eam de Anaxagorae causa memoriam, quam Hermippus tradit apud Diogenem L.

§ 156, p. 104, 17–18 *τὸν διδάσκαλον δεδεμένον ἐξῃτήσατο*[1]) *καὶ διέσωσεν.*	Diog. L. II 13 *Ἕρμιππος δ' ἐν τοῖς Βίοις φησίν, ὅτι καθείρχθη ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τεθνηξόμενος. Περικλῆς δὲ παρελθὼν εἶπεν . . . καὶ ἀφείθη*[2]).

Ad Periclis causam, qua eum peculatus accusatum gravi multa affectum esse tradunt Thuc. II 65, 2, Plat. Gorg. 525 E – 526 A, [Dem.] or. XXVI 6, Plut. Pericl. 35, Diod. S. XII 38, 2, Suidas s. v. *τάλαντον*, Libanius alludere videtur § 44, p. 38, 4–9 *οἱ φιλοτιμούμενοι . . . διὰ μὲν κώπας καὶ μνᾶς ὀλίγας οὐκ ὤκνουν γράφεσθαι.* — Periclem Libanius in animo videtur habuisse etiam § 46, p. 39, 12 *τὸν ποικιλώτατον τῶν ῥητόρων.* Rhetorem enim Libanius Periclem appellat imitatus complures auctores Atticos: Plat. symp. 215 E *Περικλέους δὲ ἀκούων καὶ ἄλλων ἀγαθῶν ῥητόρων*, Isocr. or. XV 234 *Περικλῆς . . . ὢν . . . ῥήτωρ ἄριστος*, Aeschin. or. I 25 *οἱ ἀρχαῖοι ἐκεῖνοι ῥήτορες, ὁ Περικλῆς κτλ.*

Athenienses Periclem pro belli et pacis et omnium rerum domino habuisse Libanius scribens sequitur Thucydidem:

§ 46, p. 39, 12–13 *καὶ πολέμου καὶ εἰρήνης καὶ τῶν ὅλων κύριον κρίναντες.*	Thuc. I 127, 2 *ἄγων τὴν πολιτείαν . . . οὐκ εἴα ὑπείκειν ἀλλ' ἐς τὸν πόλεμον ὥρμα τοὺς Ἀθηναίους.* Cf. etiam I 145, 1, II 59, 1, II 65, 1.

[1]) Precibus Periclem Aspasiae accusatae libertatem expetivisse narrat eodem quo Libanius usus verbo Aeschines Socr. apud Plutarchum Pericl. 32 *ἐξῃτήσατο κτλ.*

[2]) Ex Hermippi *Βίοις* eandem de Anaxagora e vinculis a Pericle soluto narrationem videtur accepisse Plutarchus Nic. 23 *Ἀναξαγόραν εἰρχθέντα μόλις περιεποιήσατο Περικλῆς.* Alios fontes eandem rem aliter ac l. l. exponens sequitur idem Pericl. 32. Varias de Anaxagorae causa memorias a Sotione,

E ceteris Socratis aequalibus in re publica versatis quadringentorum dominationis institutae auctores, quos etiam Polycrates in Socratis accusatione videtur induxisse ut viros, quorum partes Socrates secutus esset, Libanius afferens cum ex aliis scriptoribus tum e Thucydide pendet:

§ 57, p. 46, 3 5 μετέσχεν ἀνὴρ τῆς τῶν τετρακοσίων ὀλιγαρχίας ἢ τῆς τῶν τριάκοντα παρανομίας; τὸν Πείσανδρον ἐμιμήσατο;	Thuc. VIII 54, 1 ὁ δὲ δῆμος . . . χαλεπῶς ἔφερε τὸ περὶ τῆς ὀλιγαρχίας· σαφῶς δὲ διδασκόμενος ὑπὸ τοῦ Πεισάνδρου κτλ. Cf. etiam VIII 68, 1.	Aristot. Ἀθ. π. XXXII 2 ἡ μὲν οὖν ὀλιγαρχία τοῦτον κατέστη τὸν τρόπον... αἰτίων μάλιστα γενομένων Πεισάνδρου καὶ Ἀντιφῶντος καὶ Θηραμένους.	schol. Aeschin. or. II 176, ed. Bait. et Saupp. II p. 39, 20 24 τοὺς τετρακοσίους] οἱ περὶ Πείσανδρον τὸν Ἀχαρνέα δημαγωγὸν ἔπεισαν τὸν δῆμον κτλ.
§ 57, p. 46, 5 μετὰ Θηραμένους ἐξήτασται;	Thuc. VIII 68, 4 Θηραμένης ... ἐν τοῖς ξυγκαταλύουσι τὸν δῆμον πρῶτος ἦν.	Xen. hist. Gr. II 3, 30 οὗτος (sc. ὁ Θ.) προπετέστατος ἐγένετο τὴν δημοκρατίαν μεταστῆσαι εἰς τοὺς τετρακοσίους.	Lys. or. XII 65 ὃς (sc. ὁ Θ.) πρῶτον μὲν τῆς προτέρας ὀλιγαρχίας αἰτιώτατος ἐγένετο.
§ 57, p. 46, 5-6 τῷ Φρυνίχῳ ταὐτὰ ποιῶν ὤφθη;	Thuc. VIII 51, 2 προδίδοταί τε τὸ στράτευμα ὑπὸ Φρυνίχου. ib. 68, 3 παρέσχε δὲ καὶ ὁ Φρύνιχος	Lys. or. XXV 9 Φρύνιχος μὲν καὶ Πείσανδρος καὶ οἱ μετ' ἐκείνων δημαγωγοί, . . . τὴν προτέραν ὀ-	Lycurg. Leocr. 112 τὸν μὲν Φρύνιχον προδιδόντα τὴν πόλιν.

a Satyro, ab Hieronymo narratas tradit Diogenes L. II 12—14; cf. Diels, Frgm. d. Vorsokr.[2] I p. 294—295.

ἑαυτὸν πάντων διαφερόντως προθυμότατον ἐς τὴν ὀλιγαρχίαν. Cf. ib. 90, 1.	λιγαρχίαν κατέστησαν.

Antiphontem Libanius describit secutus Thucydidem:

§ 58, p. 46, 6–10 *οὐκ ἔδειξεν αὐτὸν ἐν μέσῳ, λάθρα δὲ τὸ πρᾶγμα συνέθηκεν ὡς ἂν ⟨τις⟩ ὄχλῳ μὲν οὐκ εἰωθὼς χρῆσθαι, τῶν δ' αὐτῶν ἐκείνοις ἐπιθυμῶν. ἑτέρου ταῦτα ἦν τοῦ καὶ τῶν τετρακοσίων ἑνὸς καὶ λόγον ὕστερον ὧν ἔδοξεν ἀδικεῖν δεδωκότος.*	Thuc. VIII 68, 2–3 *Ἀντιφῶν . . . ἐς μὲν δῆμον οὐ παριὼν οὐδ' ἐς ἄλλον ἀγῶνα ἑκούσιος οὐδένα, ἀλλ' ὑπόπτως τῷ πλήθει διὰ δόξαν δεινότητος διακείμενος . . . . αὐτός δέ, ἐπειδὴ τὰ τῶν τετρακοσίων ἐν ὑστέρῳ μεταπεσόντα . . . . ἐκακοῦτο . . . . ἄριστα φαίνεται . . . αἰτιαθεὶς . . . θανάτου δίκην ἀπολογησάμενος.*

E triginta tyrannis Libanius nonnullos commemorat, quorun nomina et apud Polycratem videtur invenisse et apud Xenophontem enumerata legit; ex his viris nonnullos e parte eosdem quos Libanius profert etiam auctor decl. II:

§ 60, § 47, 8–10 *ἄγων τοὺς νέους ἧκε παρὰ τὸν Δρακοντίδην καὶ Χαρικλέα καὶ Μηλόβιον.*	decl. II § 19, p. 136, 20–21 *οὐ Δρακοντίδης ἐκέλευσεν, οὐ Πείσων, οὐ Χαρικλῆς*[1]).	Xen. hist. Gr. II 3, 2 *ᾑρέθησαν οἵδε· . . . Μηλόβιος . . . . Θηραμένης . . . Πείσων . . . Χαρικλῆς . . . Δρακοντίδης . . .*

Thrasybuli Cononisque de civitate merita Libanius ut apud multos auctores Atticos ita etiam apud Polycratem praedicata repperit (cf. p. 35–36). — Thrasybulum, si litteris deditus

---

[1]) Eosdem tyrannos Libanius affert in decl. XV § 6 ed. Foerster t. VI p. 91, 4–5 *τῷ Πείσωνι, τῷ Δρακοντίδῃ, τῷ Χαρικλεῖ.*

esset, comiorem futurum fuisse Libanius scribens § 160, p. 107,$_{3}$ *οἱ δ' ἂν ἦσαν χαριέστεροι* fortasse cogitavit de testimonio, quo Thrasybulum, virum gravissimum, omnibus ignaviam exprobravisse refert Lysias or. XVI 15 *ὕστερος ἀνεχώρησα τοῦ σεμνοῦ Στειριῶς τοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις δειλίαν ὠνειδικότος.* Qua de causa autem etiam Cononem parum humanum fuisse Libanius arbitraretur, ut investigarem, mihi non contigit.

Viros ambitiosos sumptus in civitatem facientes rem publicam administrare aventes Libanius describens in animo videtur habuisse verba, quibus Lysias Aristophanem, Nicophemi filium, (Kirchner, Prosopogr. Att. n. 2082) depingit:

§ 44, p. 38,$_{4-7}$ *οἱ φιλοτιμούμενοι καὶ τὰ αὑτῶν εἰς ὑμᾶς ἀναλίσκοντες καὶ προστάται τῆς πόλεως ἐπιθυμοῦντες ἀκούειν καὶ τῷ τὰ κοινὰ θεραπεύειν σεμνυνόμενοι καὶ τὰς ἀντὶ τούτων τιμὰς παρ' ὑμῶν λαμβάνοντες.*	Lys. or. XIX 23 *τίνα γὰρ οἴεσθε, ὦ ἄνδρες δικασταί, φιλότιμον μὲν ὄντα, κτλ.* Lys. or. XIX 18 *Ἀριστοφάνης . . . καὶ τῶν κοινῶν ἐβούλετο ἐπιμελεῖσθαι, καὶ εἴ τι ἦν αὐτῷ ἀργύριον, ἀνήλωσεν ἐπιθυμῶν τιμᾶσθαι.*

Phidiam et Lamprum, musicum illum, Libanius et apud Polycratem laudatos (cf. supra p. 20) invenit et praeterea Phidiam apud Platonem Prot. 311 C, Men. 91 D, Hipp. mai. 290 A, apud Isocratem or. XV 2, Lamprum apud Platonem Menex. 236 A et schol. Plat. Alc. I 118 C ed. B.-O.-W. p. 918,$_{17}$.

Divitiae Ischomachi et Hipponici, quos ut exemplaria virorum divitissimorum affert § 88, p. 63,$_{11}$ Libanio innotuerunt e compluribus auctoribus Atticis, Ischomachi[1]) e Lys. or. XIX 46, Hipponici e Lys. or. XIX 48, Andoc. or. I 130, Isocr. or. XVI 31.

Aristophanem ad Socratem irridendum comoediam composuisse Libanius et ex hac ipsa fabula, quae inscribitur *νεφέλαι*, accepit et ex apologia Platonica:

---

[1]) Ischomachum ut civem divitiis excellentem laudat Libanius etiam in ep. 258 *εἶτα οὐ σύ γε εὐδαίμων ὡς ἀληθῶς τοιαῦτα διερευνώμενος καὶ τοιαῦτα δωρούμενος μᾶλλόν γε ἢ Ἀνθεμίων καὶ Ἰσχόμαχος ἐπὶ τῷ μεγέθει τῶν χρημάτων.*

§ 68, p. 51, 15–16 *Σωκράτην μὲν ἐξῆν Ἀριστοφάνει κωμῳδεῖν.* Cf. § 10, p. 19, 6–10.	apol. 19 C *ἑωρᾶτε καὶ αὐτοὶ ἐν τῇ Ἀριστοφάνους κωμῳδίᾳ Σωκράτη τινὰ ἐκεῖ περιφερόμενον κτλ.*

Sophistarum nomina, quae affert § 22, p. 26, 7–8 *τῷ Πρωταγόρᾳ, τῷ Γοργίᾳ, τῷ Προδίκῳ, τῷ Θρασυμάχῳ* et § 174, p. 114, 15–17 *Πρόδικον ἐνταῦθα λέγων ἐνίκα, Πρωταγόραν ἐκεῖ, τὸν Ἠλεῖον ἄλλοθι, τὸν Λεοντῖνον ἑτέρωθι*, Libanius et apud Platonem coniuncta invenit cum multis locis tum apol. 19 E *Γοργίας τε ὁ Λεοντῖνος καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος καὶ Ἱππίας ὁ Ἠλεῖος*, Prot. 314 BC *οὐ μόνος Πρωταγόρας αὐτόθι ἐστίν, ἀλλὰ καὶ Ἱππίας ὁ Ἠλεῖος· οἶμαι δὲ καὶ Πρόδικον τὸν Κεῖον*, Phaedr. 266 C — 267 C, et apud Xenophontem symp. I 5. — Sophistas illos ut Socratis adversarios multi scriptores posteriores componunt, imprimis diatribarum auctores, e. gr. Dio Chrys. or. LIV 1 ed. de Arnim II p. 113, 13–14, Aristides or. XLVI 291 rec. Dindorf II p. 377, Maximus Tyr. diss. XXIII 1 ed. Reiske I p. 437, diss. XXIV 9 ed. R. I p. 478, Themistius or. XIII 161 d rec. Dindorf p. 198, 19–20, auctor decl. II § 25, p. 139, 15 — 140, 2.

Miserum quendam sophistam pecuniam quaerentem Libanius commemorans § 16, p. 23, 1–2 *οὐδὲ ἀργύριον πραξάμενος, ὡς ὁ μιαρὸς σοφιστής* notare videtur Euenum Parium, quem irridet Plato apol. 20 BC.

Anaxagoram, Protagoram, Diagoram, Damonem ut exemplaria sophistarum ab Atheniensibus punitorum Polycrates in accusatione Socratis attulerat (cf. supra p. 19).

Anaxagoram propter impietatem contra solem et lunam admissam in vincula coniectum esse Libanius scribens rem profert summopere decantatam[1]; ac satis sit aliorum auctorum verba cum Libanianis maxime congruentia composuisse:

§ 154, p. 103, 7–8 *Ἀναξαγόρας ἐδέθη δικαίως*	Diog. L. II 13 (cf. supra p. 101). Suid. s. v. *Ἀ. . . . . ἐνεβλήθη ἐν δεσμωτηρίῳ.*

[1]) Cf. Diels, Die Frg. d. Vorsokr.[2] I p. 294, 30 — 295, 1, p. 295 s. n. 3, p. 297 s. n. 17—18, p. 298 s. n. 19.

ἀσεβῶν περὶ ἡλίου τε καὶ σελήνης.	Diog. L. II 12 *Σωτίων μὲν γάρ φησιν ἐν τῇ Διαδοχῇ τῶν φιλοσόφων ὑπὸ Κλέωνος αὐτὸν ἀσεβείας κριθῆναι, διότι τὸν ἥλιον μύδρον ἔλεγε διάπυρον.*
	Diod. Sic. XII 39, 2 *Ἀναξαγόραν ... ὡς ἀσεβοῦντα εἰς τοὺς θεοὺς ἐσυκοφάντουν.*

Protagoram ab Atheniensibus, quod de diis utrum essent an non essent, inquisivisset, ex urbe expulsum esse Libanius affert cum multis aliis auctoribus[1]):

§ 154, p. 103, 8 10 *Πρωταγόραν ἐξεκηρύξατε καλῶς καὶ προσηκόντως ζητοῦντα περὶ θεῶν εἴτ' εἰσὶν εἴτ' οὐκ εἰσί.*	Diog. L. IX 51–52 *ἀλλαχοῦ δὲ τοῦτον ἤρξατο τὸν τρόπον· περὶ μὲν θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι, οὔθ' ὡς εἰσὶν οὔθ' ὡς οὐκ εἰσὶν οὔθ' ὁποῖοί τινες ἰδέαν .... διὰ ταύτην δὲ τὴν ἀρχὴν τοῦ συγγράμματος ἐξεβλήθη πρὸς Ἀθηναίων.*

Ei, qui interfecturus esset Diagoram, quod sacra arcana Eleusinia divulgavisset et illusisset, ab Atheniensibus praemia proposita esse Libanius scribit consentiens cum [Lysia] et Aristophane eiusque commentatoribus[2]):

§ 154, p. 103, 10 12 *τῷ τὸν Διαγόραν*	Aristoph. av. 1071–1073 ... *ἐπανα-*	[Lys.] or. VI 17–18 *οὗτος Διαγόρου*

[1]) Cf. Diels l. l. II 1 p 525 s. n. 1, p. 527 s. n. 2, p. 528 s. n. 3, p. 530 s. n. 12, p. 533 s n. 23; locis a Dielsio enumeratis adiungi possunt Minucius Felix, Octav. VIII 8, Iosephus c. Apion. II 37, 3, Ioannes Chrys. in Pauli in epist. ad Cor. I homil. IV 5, Migne 61, 36.

[2]) Verba decreti ab Atheniensibus in Diagoram facti columnae aëneae incisa exscripserat *Μελάνθιος ἐν τῷ περὶ μυστηρίων,* e quo libro illa recepisse videtur *Κρατερὸς ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν ψηφισμάτων.* Cf. de Wilamowitz-Moellendorff, Die Textgeschichte der griechischen Lyriker, Abhdlgn. d. K. Ges. d. Wiss. zu Göttingen, Phil.-hist. Kl. N.F. IV 3, Berlin 1900, p. 81. E Melanthii et Crateri libris decretum illud refert scholiasta Aristoph av. 1073, e solius Crateri libro Aristarchus apud scholiastam Aristoph. ran. 320 et iisdem fere verbis auctor Suidae s. v. *Διαγόρας ὁ Μήλιος.*

ἀποκτενοῦντι μισθὸν ὑπέσχεσθε σωφρονοῦντες. τὴν γὰρ Ἐλευσῖνα καὶ τὰς ἀρρήτους ἐκωμῴδει τελετάς.	*γορεύεται, ἢν ἀποκτείνῃ τις ὑμῶν Διαγόραν τὸν Μήλιον, | λαμβάνειν τάλαντον.*	*τοῦ Μηλίου ἀσεβέστερος γεγένηται· . . . τοὺς δὲ φεύγοντας ζητεῖτε συλλαμβάνειν, ἐπικηρύττοντες τάλαντον ἀργυρίου δώσειν τῷ ἀπάγοντι ἢ ἀποκτείναντι.*

Diagoram philosophum propter impietatem famosum cum permulti scriptores commemorant[1]) tum auctores fidem Iudaïcam vel Christianam defendentes[2]). — Tres illos philosophos, Anaxagoram, Protagoram, Diagoram, quos Libanius iam apud Polycratem coniunctos repperit, componunt simulque poenas ab Atheniensibus in illos statutas afferunt etiam Iosephus c. Apion. II 37, 3 et Cyrillus c. Iulian. VI 189—190, Migne 76, 789.

Damonis exsilium, quod Libanius rursus e Polycratis declamatione accepit (cf. supra p. 19), narrat etiam Plutarchus Pericl. 4, Aristid. 1, Nic. 6.

Tres tyrannos Socratem ad se invitavisse, at illum dona sibi ab istis oblata aspernatum esse referunt consentientes Libanius et Diog. L.:

§ 165, p. 109, 6–8 *ἐκάλει μὲν [ὁ] Εὐρύλοχος ὁ Λαρισαῖος, ἐκάλει δὲ Σκόπας ὁ Κρανώνιος, οὐχ ἥκιστα δὲ ὁ Μακεδόνων ἄρχων Ἀρχέλαος.* p. 109, 13–14 *τριῶν . . . κατεγέλασε τυράννων κτλ.*	Diog. L. II 25 *ὑπερεφρόνησε δὲ καὶ Ἀρχελάου τοῦ Μακεδόνος καὶ Σκόπα τοῦ Κρανωνίου καὶ Εὐρυλόχου τοῦ Λαρισαίου μήτε χρήματα προσέμενος αὐτῶν μήτε παρ' αὐτοὺς ἀπελθών.*

[1]) Cf. Muenchenberg, De Diagora Melio, diss. Halis Saxonum 1877, p. 25—30.

[2]) Cf. Geffcken, Zwei griechische Apologeten, Leipzig und Berlin 1907, p. 169.

Socratem a rege Archelao solo vocatum esse narrant multi auctores: Aristoteles rhet. II 23 (rhet. Gr. rec. Spengel I p. 108, 19 22), Seneca de benef. V 6, 2, auctor argumenti in Aristoph. nub. I, Epictetus frg. XI ed. Schenkl p. 411—412, M. Aurelius comm. XI 25[1]), Dio Chrys. or. XIII 30 ed. de Arnim I p. 187, 16 19, Aristides or. XLV 95 rec. Dindorf II p. 75, Ioannes Chrys. in libello, qui inscribitur *πρὸς ἄπιστον πατέρα* § 5 Migne 47, 339; de Archelao cogitavisse videtur etiam auctor ep. Socr. 1, qua Socrates regi cuidam ad litteras, quibus iterum ab illo invitatus erat, respondens inducitur. Quae tota narratio, qua Socrates Archelai regis praemia sibi oblata repudiavisse fertur, ex Antisthenis dialogo *Ἀρχέλαος ἢ περὶ τοῦ ἄρχειν* inscripto, non e Polycratis accusatione Socratis, ut Cobetus[2]) arbitratur, manavisse videtur[3]). E quo autem fonte primario illa de Socrate a tribus illis principibus invitato narratio fluxerit, vix poterit investigari[4]).

Cum auctore ep. Socr. 1 Libanius in hac re consentit, quod Socratem iterum ac saepius donis semper maioribus oblatis a principibus illis invitatum esse scribit:

§ 166, p. 110, 4–11 *οὐ τοίνυν ὡς καλοῦντες διήμαρτον, ἀφίσταντο τῆς πείρας, ἀλλ' ἀκούοντες ἀνάλωτον εἶναι χρήμασιν οἴκοι καθημένῳ προὔτεινον. ὁ δ' . . . ἔμεινεν ἐπὶ τῆς πενίας ἡδέως οὐδ' ἂν Θετταλίαν*[5]) *ὅλην, εἴ τις ἐδίδου, λαβών.*

ep. Socr. 1 *οὔ μοι δοκεῖς καλῶς τὴν ἐμὴν συνιέναι γνώμην. οὐ γὰρ ἂν τὸ δεύτερον ἐπέστελλες καὶ πλέονα δώσειν ὑπισχνοῦ . . . . νῦν δ' οὖν ὑπερβολὰς ὑπισχνῇ καὶ τῷ πλήθει τῶν διδομένων οἴει με παραστήσεσθαι κτλ.*

[1]) M. Aurelius pro Archelao rege Perdiccam facit Socratem ad se invitantem.

[2]) Mnemosyne N.S. III 1875, p. 156.

[3]) Cf. Ioël l. l. II 1 p. 77, p. 421.

[4]) Scopam Cranonium et Eurylochum Larisaeum, ut Socratem ad se vocarent, a Critia in Thessalia versato commotos esse opinatur Koechly, Sokrates und sein Volk, Akadem. Vorträge und Reden I, Zürich 1859, p. 318.

[5]) Socratem ne Thessaliam quidem totam, si quis ei obtulisset, accepturum fuisse scribens Libanius in animo videtur habuisse Plat. Crit. 53 D—54 A, ubi Socrates ne e carcere in Thessaliam fugiat recusat.

Libanium autem Socratem ab Archelao aut ab illis duobus tyrannis vocatum esse neque ex ep. Socr. 1 neque ex ulla alia illarum, quae feruntur Socratis, epistularum, quae quidem usque ad haec pervenerunt tempora, accepisse vel inde patet, quod neque in hac neque in ulla alia epistula Socratica trium illorum principum nomina a Libanio laudata inveniuntur commemorata; nec minime Libanius se illam de Socrate et tyrannis illis narrationem ex ullis Socratis epistulis non sumpsisse suis ipsius verbis indicat, cum defensor Socratis Libanianus ad Socratis mores cognoscendos ipsis Socratis epistulis opus esse dicat § 165, p. 109,$_{10-11}$ *αὐτῶν ἔδει μὲν τῶν ἐπιστολῶν*, et cum rei ipsi, quam aliunde ei notam fuisse necesse est, graviorem vim quam ullis litteris tribuat § 165 p. 109,$_{12-13}$ *τί δεῖ γραμμάτων τοῦ πράγματος αὐτοῦ βοῶντος;* Tamen vero vel hanc epistulam Socr. 1 vel similes Libanius haud ignoravisse videtur, quoniam de Socratis epistulis loquitur[1]). Non recte igitur Bentleius[2]) ex verbis Libanianis § 165, p. 109,$_{10-11}$ *αὐτῶν ἐδεόμην*[3]) *τῶν ἐπιστολῶν* epistulam Socr. 1 Libanio omnino ignotam fuisse, itaque demum post tempora Libaniana a sophista quodam compositam esse concludere posse sibi visus est, quamquam Leonis Allatii opinionem epistulam illam a Socrate ipso scriptam esse arbitrati[4]) rectissime redarguit.

§ 5. De priorum temporum viris.

Biantem Solonis amicum fuisse Libanio afferenti § 158, p. 105,$_{13-14}$ *Βίαντος . . ., τοῦ Σόλωνος ἑταίρου* obversata videtur esse narratio quaedam de Biantis cum Solone familiaritate olim divulgata, nunc deperdita, cuius vestigia occurrunt in Thaletis ad Solonem epistula ficta apud Diogenem L. I 44 *ἐπέστειλε δέ σοι καὶ Βίης ἥκειν ἐς Πριήνην.*

Biantem Apollini Pythio carum fuisse Libanius scribens

---

[1]) Ad [Socratis] epistulas vel alios libellos deperditos aperte alludit auctor decl. II § 4, p. 129,$_{3-6}$ *τὴν πόλιν εὐδόκιμον . . . ποιῶν . . . τοῖς λόγοις τοῖς πανταχόσε παρ' αὐτοῦ διαπεμπομένοις.*

[2]) Dissertatio de epistulis Socratis 6. Socr. epp. ed. Orelli, p. 406—408.

[3]) Sic textum codicibus traditum legit.

[4]) De scriptis Socratis dialogus, Socr. epp. ed. Orelli, p. 355.

§ 158, p. 105, 14–15 ⟨τοῦ⟩ *φίλου τῷ Πυθίῳ* cogitavisse videtur de tripode illo aureo inscriptionem *Τῷ σοφῷ* ferenti, quem Bias, cum ei oblatus esset, Apollini adiudicavisse fertur apud Diog. L. I 82 *ὁ Βίας ἰδὼν ἔφη τὸν Ἀπόλλω σοφὸν εἶναι οὐδὲ προσήκατο.*

Biantem e templo Delphico omnes homines adhortari Libanius commemorans § 158, p. 105, 15–16 *τοῦ πάντας ἀνθρώπους ἐκ Δελφῶν νουθετοῦντος* in animo videtur habuisse verba illa plerumque Bianti attributa, quae in columna Delphica inscripta esse e scriptoribus posterioribus narrant[1]) scholia ad Dionis Chrys. or. LXXII 12 (e cod. Paris. 2958 exscripta a Boissonadio, Marini vita Procli, p. 99) *οἱ ἑπτὰ σοφοὶ οὗτοι, καὶ τὰ ἀποφθέγματα αὐτῶν ταῦτα, ἃ καὶ ἐν Δελφοῖς ἀνετέθη ... Βίας Πριηνεύς, οὗ τοῦτο· οἱ πλείονες κακοί* et scholia in Luciani Phal. I 7 (Scholia in Lucianum ed. Rabe p. 5, 8–13) *ἦσαν δὲ καὶ τῶν ἄλλων σοφῶν ἀποφθέγματα, ἃ καὶ αὐτὰ Πυθοῖ ἀνέκειτο, ταῦτα· ... Βίαντος δὲ Πριηνέως· οἱ πλέονες κακοί*[2]).

Iuris iurandi formulam a Solone iudicibus constitutam Libanius e multis oratorum Atticorum locis noverat, e quibus Fraenkelius[3]) illam formulam reconstruere studebat; ad illam formulam Libanius nonnullas locutiones adumbravit:

§ 8, p. 18, 6–7 *τὸ χωρίον οὐκ ἔχθρας ἐστὶν ἢ χάριτος.*	Fraenkel l. l. p. 464 *ψηφιοῦμαι ... οὔτε χάριτος ἕνεκ' οὔτ' ἔχθρας.*
§ 9, p. 18, 11–16 *Σόλων ... ὅρκον ἔταξεν οὐκ ἐῶντα χάριν ἢ δυσμένειαν ἤ τινα πρόφασιν ἄλλην ἄδικον ἐνοχλῆσαι τῇ κρίσει.*	
§ 8, p. 18, 9 *ἀπὸ τῶν πραγμάτων, ἐφ' οἷς ἡ κρίσις, ἢ σώσοντες ἢ κολάσοντες.*	ib. *ψηφιοῦμαι περὶ αὐτῶν ὧν ἂν ἡ δίωξις ᾖ.*

[1]) Cf. Schulz, Die Sprüche der delphischen Säule, Philologus XXIV 1866, p. 203.

[2]) Illius sententiae originem cynicam ostendit Gerhard, Phoinix von Kolophon, Leipzig und Berlin 1909, p. 261 [3].

[3]) Hermes XIII 1878, p. 452—466.

§ 9, p. 18, 17—19, 2 οἱ θεοὶ πρὸς τὴν ψῆφον βλέπουσιν, ἣν ὁ θέμενος οὐ δικαίαν ἀποτέθεικεν ὀργῇ καὶ αὐτὸν καὶ παῖδας καὶ οἰκίαν καὶ γένος κτλ.	ib. ὄμνυμι ταῦτα νὴ τὸν Δία, νὴ τὸν Ἀπόλλω, νὴ τὴν Δήμητρα, καὶ εἴη μέν μοι εὐορκοῦντι πολλὰ καὶ ἀγαθά, ἐπιορκοῦντι δ' ἐξώλεια αὐτῷ τε καὶ γένει.

Per Solonis leges unicuique civi Atheniensi in contionibus vel verba facere vel tacere defensor Socratis Libanianus afferens cogitat de Solonis lege ab Aeschine tradita:

§ 133, p. 89, 3—4 οὐ λέγει παριών. μετὰ πολλῶν γε Ἀθηναίων, δεδωκότος γε τοῦ Σόλωνος.	or. III 2 ἐνομοθέτησεν ὁ Σόλων περὶ τῆς τῶν ῥητόρων εὐκοσμίας ... ἵνα ἐξῇ πρῶτον μὲν κτλ.	or. I 23 ἐπειδὰν δὲ οὗτοι πάντες εἴπωσι, τότ' ἤδη κελεύει λέγειν τῶν ἄλλων Ἀθηναίων τὸν βουλόμενον.

Solonem Salaminem insulam Atheniensibus expugnavisse, ut Polycrates apud Libanium § 152, p. 101, 17—18 (cf. supra p. 19), ita multi auctores memoriae tradiderunt, e. gr. Dem. or. XIX 252, Plut. Sol. 8, Diog. L. I 46—48.

Solonem novas tabulas condidisse iterum cum Libanio multi auctores referunt:

§ 152, p. 101, 18—102, 1 χρεῶν ἀποκοπὰς εἰσηγήσατο καὶ ταῦτα πέντε ταλάντων ὀφειλομένων αὐτῷ.	Aristot. Ἀθ. π. VI 1 χρεῶν ἀποκοπὰς ἐποίησεν. ib. X 1 ποιήσας καὶ τὴν τῶν χρεῶν ἀποκοπήν.	Plut. Sol. 15 πρώτον Σόλωνος ἦν, ὡς ἔοικε, σόφισμα τὴν τῶν χρεῶν ἀποκοπὴν σεισάχθειαν ὀνομάσαντος ... τοῦτο μὲν εὐθὺς ἐλύθη τὸ ἔγκλημα τοῖς πέντε ταλάντοις κτλ.	Diog. L. I 45 Σόλων ... τὴν σεισάχθειαν εἰσηγήσατο Ἀθηναίοις·.. ἑπτὰ δὴ ταλάντων ὀφειλομένων αὐτῷ πατρῴων συνεχώρησε πρῶτος.

Soloni Athenienses in foro statuam aeneam posuisse Libanius legit apud [Demosthenem]:

§ 152, p. 102, 9 *ἕστηκεν ἐν ἀγορᾷ χαλκοῦς ὁ Σόλων.*	[Dem.] or. XXVI 23 *τὸν μὲν γράψαντα τοὺς νόμους Σόλωνα ἐψηφίσθαι χαλκοῦν ἐν ἀγορᾷ στῆσαι.*

Praeterea signi illius mentionem faciunt Pausanias I 16, 1 et Aelianus v. h. VIII 16 [1]).

Tres illi Atheniensium legum latores Draco, Solo, Clisthenes omnibus temporum Libanianorum eruditis notissimi fuerunt; similiter ac Libanius illos componit, ut unus pro multis afferatur, Themistius:

§ 82, p. 60, 4–5 *πόσους Δράκοντος, πόσους Σόλωνος, πόσους λελύκαμεν Κλεισθένους;*	Them. or. II 31 b *ὁπόταν δὲ νόμον ἐπαναγνῶσι Δράκοντος ἢ Σόλωνος ἢ Κλεισθένους κτλ.* Cf. Them. or. XXIII 287 c.

Pisistratum tyrannum eiusque filios, quos commemorat § 54, p. 44, 13–14 *ἐπῄνεσεν ἂν Πεισίστρατον, ἐθαύμασεν ἂν Ἱππίαν, ἠγάσθη ἂν Ἵππαρχον,* Libanius imprimis ex Herod. I 59—64, V 55. 62 et ex Thuc. I 20, 2—3, VI 53, 3—59, 1 noverat.

Pisistratum colligendis Homeri carminibus summum studium navavisse, ut multi auctores veteres [2]), ita Libanius et in apologia Socratis et in or. XII *εἰς Ἰουλιανὸν αὐτοκράτορα ὕπατον* inscripta affert:

§ 73, p. 54, 15—55, 1 *Πεισίστρατος μὲν ὁ μάλιστα σπουδάσας περὶ τὴν Ὁμήρου ποίησιν . . . . τῶν Ὁμήρου συλλεγομένων.*	or. XII § 56, ed. F. II p. 29, 15–16 *Πεισίστρατον ἐπαινοῦμεν ὑπὲρ τῆς τῶν ἐπέων πεποιημένον συλλογῆς.*

Athenienses servos nominibus Harmodii aut Aristogi-

[1]) Demosthenes in or. XIX 251 *ἔφη τὸν Σόλωνα ἀνακεῖσθαι . . . εἴσω τὴν χεῖρα ἔχοντα* statuam Solonis Salaminiam, non, ut **Kirchner**, Prosop. Att. II p. 261 opinatur, Atheniensem significat; verba enim Demosthenis pertinent ad Aesch. or. I 25 *ἐν τῇ ἀγορᾷ τῇ Σαλαμινίων ἀνάκειται ὁ Σόλων ἐντὸς τὴν χεῖρα ἔχων.*

[2]) Cf. F. A. Wolf, Prolegomena ad Homerum XXXIII (ed. sec. Berolini apud S. Calvary, 1876, p. 86–91). R. Volkmann, Geschichte und Kritik der Wolfschen Proll., Leipzig 1874, p. 316.

tonis appellari lege vetuisse consentientes narrant Libanius et Herodes Atticus apud Aulum Gellium[1]):

§ 71, p. $53,_{18}$—$54,_{2}$ *περὶ τῶν ὀνομάτων Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος ἔδοξεν ἡμῖν μηδένα δοῦλον τοῖς τὸν τύραννον καθελοῦσι ποιεῖν ὁμώνυμον.*	Noct. Att. IX 2, 10 *Maiores autem mei Athenienses nomina iuvenum fortissimorum Harmodii et Aristogitonis, qui libertatis recuperandae gratia Hippiam tyrannum interficere adorsi erant, ne umquam servis indere liceret, decreto publico sanxerunt.*

Themistoclem duobus dolis altero Graeciam servavisse altero urbem muris communivisse afferens alludit ad res notissimas cum ab aliis tum ab Herodoto et Thucydide traditas:

§ 104, p. $72,_{2-4}$ *Θεμιστοκλῆς ἐκεῖνος δυοῖν ἀπάταιν τῇ μὲν ἐτείχισε τὴν πόλιν, τῇ δ' ἔσωσε τὴν Ἑλλάδα.* (Cf. § 107, p. $73,_{7-8}$ et supra p. 14—15.)	Thuc. I 90–92. Lys. or. XII 63. Herod. VIII 75–84. Thuc. I 74,1.

Themistoclem Athenis expulsum esse Libanius scribens sequitur Thucydidem et Platonem:

§ 155, p. $104,_{5}$ *ὁ δὲ μέγας ἐν τῇ ναυμαχίᾳ Θεμιστοκλῆς ἔφευγε.*	Thuc. I 135,2. 136,1 *ὁ δὲ Θεμιστοκλῆς προαισθόμενος φεύγει κτλ.*	Plat. Gorg. 516 D *Θεμιστοκλέα... καὶ φυγῇ προσεζημίωσαν.*

Themistoclis exsilium omnino multi auctores veteres commemorant, e. gr. Corn. Nep. Them. 8, 1, Diod. S. XI 55, 3, Plut. Them. 22—23.

Miltiadem in vinculis mortuum esse, id quod exhibet Libanius § 155, p. $104,_{4}$ *ὁ μὲν Μιλτιάδης δεδεμένος ἀπέθνησκεν*, neque Herodotus tradit, qui VI 136 Miltiadem magna pecunia

---

[1]) Legem illam afferre praetermisit Télfy, Corpus iuris Attici, Pestini et Lipsiae 1868. Re vera legem illam observatam esse ostendit Lambertz, Die griech. Sklavennamen, I. Teil, Wien 1907, p. 24: *„Die Namen lassen sich auch tatsächlich auf griechischem Boden nicht als Sklavennamen belegen".*

solvenda multatum brevi post diem supremum obiisse narrat, neque Plato, qui Gorg. 516 E Athenienses illum *εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν* constituisse affert; at permulti auctores posteriores illam Miltiadis calamitatem decantant, e. gr. [Aesch.] ep. III 2, Corn. Nep. Milt. 7, 6, Diod. S. X frg. 29 ed. Mueller I p. 350, Plut. Aristid. 26, Valerius Max. V 3 ext. 3, Iustinus II 15, 19, Dio Chrys. or. LXXIII 6 ed. de Arnim II p. 190, 28–32, auctor decl. II § 14, p. 134, 1–2, Libanius ipse etiam in duabus declamationibus, quarum prior inscripta est *ὁ Κίμων αἰτῶν ὑπὲρ τοῦ πατρὸς δεθῆναι* ed. Reiske IV p. 335–348 = ed. F. V p. 508–528, altera *Ἀριστοφῶν* ed. F. t. VI p. 171, 3 *πρότερον ἐν τοῖς δεσμοῖς ἀπέθανε πρὶν λύσεως ἔτυχε.*

Theseum coniunctis vicis antea dispersis urbem Athenas condidisse, id quod Polycrates apud Libanium § 152, p. 101, 16 praedicat (cf. supra p. 19), multi auctores repetunt, e. gr. Thuc. II 15, 2, Paus. I 22, 3, Plut. Thes. 2. 24, schol. Plat. Parm. 127 B ed. B.-O.-W. p. 958, 13–14, Dio Chrys. or. XLV 13 ed. de Arnim II p. 75, 9, Them. or. XXVI 318 c.

Theseum regno se abdicavisse rursus praeter Polycratem multi auctores referunt, e. gr. Aristot. *Ἀθ. π.* XLI 2 et apud Plut. Thes. 25, Isocr. or. XII 128, [Dem.] or. LIX 75, [Dem.] or. LX 28.

Pausaniae luxuriam et superbiam et importunitatem Libanius describit secutus Thucydidem:

§ 159, p. 106, 9–10 *Παυσανίας ἀσελγὴς ἦν καὶ βαρὺς καὶ τοῖς Ἕλλησιν οὐ φορητὸς κτλ.*	Thuc. I 95–96. 130, 2 *δυσπρόσοδόν τε αὐτὸν παρεῖχεν καὶ τῇ ὀργῇ οὕτω χαλεπῇ ἐχρῆτο ἐς πάντας ὁμοίως ὥστε μηδένα δύνασθαι προσιέναι.*

Ampliora de difficilibus atque asperis Pausaniae moribus exponunt [Dem.] or. LIX 96—97 et Plut. Aristid. 23, Cim. 6.

Persarum potestatem a Cyro victo Croeso, Lydorum rege, conditam atque a Dareo auctam esse Libanius commemorans pendet e Thucydide:

§ 158, p. 106, 2—5 *τὴν δὲ Περσῶν ἰσχὺν .... Κῦρος Κροῖσον καθελὼν ἐποίησε καὶ μετ' ἐκεῖνον Δαρεῖος.*	Thuc. I 16 *Κῦρος καὶ ἡ Περσικὴ βασιλεία Κροῖσον καθελοῦσα ... Δαρεῖος δὲ ὕστερον τῷ Φοινίκων ναυτικῷ κρατῶν καὶ τὰς νήσους.*

E celeberrimis poetis, qui ante Socratem fuerunt, Libanius praeter illos, quos iam in Polycratis declamatione laudatos invenit, etiam nonnullos alios affert. Ac neque Simonidis neque aliorum poetarum auctoritate Socrati ad doctrinas confirmandas opus esse Libanius scribens de verbis Socratis Platonici cogitavit:

§ 101, p. 70, 3—4 *τί ἂν ἔδει Πινδάρου καὶ Σιμωνίδου*[1]) *καὶ ποιητῶν ...;*	Plat. Prot. 347 A—E *ταῦτά μοι δοκεῖ ... Σιμωνίδης διανοούμενος πεποιηκέναι τοῦτο τὸ ᾆσμα ... οἷοίπερ ἡμῶν οἱ πολλοί φασιν εἶναι, οὐδὲν δέονται ἀλλοτρίας φωνῆς οὐδὲ ποιητῶν.*

Archilochi interfectorem ab Apolline e templo Delphico expulsum esse, id quod defensor Socratis Libanianus § 180, p. 118, 10—14 profert, Libanius ipse identidem et multi alii auctores iterant; cf. Foersteri annot. ad l. l.; ac locis a Foerstero allatis addi possunt [Heraclides Pont.] *περὶ πολιτειῶν* frg. VIII 2 ed. Mueller FHG II p. 214, Dio Chrys. or. XXXIII 12 ed. de Arnim I p. 300, 21—26, Oenomaus apud Eusebium praep. evang. V 33, 8—9 rec. Gaisford I p. 483, alii, quos collegit Wyttenbach ad Plut. de ser. num. vind. 17 p. 560 E.

Propter Aesopum interfectum Apollinem sacerdotibus suis iratum summis malis illos affecisse Libanius scribens § 181, p. 118, 15 — 119, 1 *τοὺς αὐτοῦ ποθ' ἱερεῖς οὗτος αὐτὸς ὁ θεὸς ὑπὲρ Αἰσώπου χαλεπαίνων περιέβαλε κακοῖς* respicit narrationem creberrimam; atque commemorant illam praeter auctores a Wyttenbachio ad Plut. de ser. num. vind. 12 p. 556 E — 557 A et a Foerstero ad Liban. apol. Socr. l. l. et ad or. XXIV § 31

[1]) Pindarum et Simonidem Libanius componit etiam in ep. 407 *οἷς γὰρ ἔμελλόν σε κουφιεῖν, τούτοις δὴ τοῖς Πινδάρου καὶ Σιμωνίδου κτλ.*

ed. F. II p. 528, 7–10 allatos auctor libri inscripti *βίος τοῦ πανθαυμάστου Αἰσώπου* 21 (vita Aesopi, ed. Westermann, Brunsvigae 1845, p. 52—57) et [Maximus Planudes] in libro inscripto *βίος Αἰσώπου τοῦ μυθοποιοῦ* 33 ed. Eberhard, Fabulae Romanenses I p. 305, 6–15.

Ob Orphei necem Libethrios inhumanitate ac feritate a diis punitos esse Libanius afferens sequitur proverbium usitatissimum, quod cum alii[1]) tum Zenobius explicat:

§ 182, p. 119, 13—120, 2 *Λειβήθριοι μετὰ τὸν Ὀρφέως φόνον δι' ἀμουσίας ἔδοσαν δίκην καὶ κατέχεται τὸ χωρίον ἀπαιδευσίᾳ συχνῇ.*	Zenob. cent. I 79 *Ἀμουσότερος Λειβηθρίων· ἐπὶ τῶν ἀμούσων καὶ ἀπαιδεύτων. Λειβήθριοι γὰρ ἔθνος Πιερικόν ἐστιν, οὔτε μέλους ἁπλῶς οὔτε ποιήματος ἔννοιαν λαμβάνον. λέγονται δὲ ἀμουσότατοι εἶναι, ἐπειδὴ παρ' αὐτοῖς ὁ τοῦ Ὀρφέως ἐγένετο θάνατος.*

b. De rerum in bellis gestarum a Libanio commemoratarum fontibus.

Duces victoriis navalibus partis et insulis occupatis tamen rationem reddere debuisse Libanius proferens § 45, p. 39, 4–7 *πόλιν ὅλην Λακεδαιμονίων εἰς τὸν φθόνον τὸν αὐτῶν κεκινηκότες καὶ ναυμαχίας νενικηκότες καὶ νήσους εἰληφότες ὅμως οὐ διέφυγον τὸ μὴ δοῦναι λόγον κτλ.* in animo habuit duces illos post victoriam apud Arginusas insulas reportatam Athenis accusatos et capitis damnatos, quas res accepit e Xenophontis hist. Gr. I 6, 24—7, 35.

Athenienses pacis condiciones a Xerxe post pugnam Salaminiam oblatas reiecisse Libanius explicans sequitur imprimis Herodotum nec non Demosthenem:

---

[1]) Cf. auctores, quos ad hoc proverbium annotaverunt Leutsch et Schneidewin, Paroemiographi Graeci I, Gottingae 1839, p 27.

§ 90, p. 64, 14–19 *ὑμῖν γὰρ ἐξῆν, ὦ Ἀθηναῖοι, κοινωνῆσαι βασιλεῖ τῶν πολλῶν καὶ μεγάλων χρημάτων καὶ μερίτας γενέσθαι τῆς οὔσης εὐδαιμονίας αὐτῷ, ὅτε . . . ἐπὶ τὸ διὰ πλούτου κτᾶσθαι τὴν πόλιν ἤρχετο.*	Herod. VIII 140, 1 *τοῦτο μὲν τὴν γῆν σφι ἀπόδος, τοῦτο δὲ ἄλλην πρὸς ταύτῃ ἑλέσθων αὐτοί, ἥντινα ἂν ἐθέλωσι, ἐόντες αὐτόνομοι.*
§ 90, p. 64, 19 — 65, 2 *πέμπων ἐπηγγέλλετο τάλαντα ἀμύθητα χωρὶς τῆς εἰς ἅπαντα τὸν μετὰ ταῦτα χρόνον εὐνοίας.*	Herod. IX 4 *ταῦτα δὲ τὸ δεύτερον ἀπέστελλε προέχων μὲν Ἀθηναίων οὐ φιλίας γνώμας.*
§ 90, p. 65, 2–3 *οἱ τῆς γῆς ἐκβεβλημένοι καὶ τὰς τριήρεις οἰκοῦντες.*	Dem. or. XVIII 204 *τὴν χώραν καὶ τὴν πόλιν ἐκλιπεῖν ὑπέμειναν εἰς τὰς τριήρεις ἐμβάντες.*
§ 90, p. 65, 7–9 *οὐκ ἠνείχοντο πλουτεῖν μετὰ τῆς θητείας, ἣν ἀναγκαῖον ἦν εἰσελθεῖν εἰς τὴν πόλιν ὑπὸ τῷ Μήδῳ γεγενημένην.*	Herod. VIII 144 *οὔτε χρυσός ἐστι γῆς οὐδαμόθι τοσοῦτος οὔτε χώρη κάλλεϊ καὶ ἀρετῇ μέγα ὑπερφέρουσα, τὰ ἡμεῖς δεξάμενοι ἐθέλοιμεν ἂν μηδίσαντες καταδουλῶσαι τὴν Ἑλλάδα.*

Quam Atheniensium constantiam ac libertatis amorem imprimis oratores Attici celebrant, e. gr. Lycurgus c. Leocr. § 71, Demosthenes or. VI 11; atque omnino Herodoti narrationem iterant Plut. Aristid. 10, Diod. S. XI 28, Aristides or. XIII ed. Dindorf I p. 232—234.

Eum, qui civibus suasisset, ut praemia atque condiciones a Mardonio oblatas acciperent, ab Atheniensibus punitum esse Libanius commemorans alludit ad Lycidae senatoris lapidibus obruti sortem traditam ab Herodoto:

§ 90, p. 65, 4–5 *δίκην μὲν οὖν ἔλαβον παρὰ τοῦ τολμήσαντος εἰπεῖν ὡς δεῖ λαβεῖν.*	Herod. IX 5 *τῶν δὲ βουλευτέων Λυκίδης εἶπε γνώμην ὡς ἐδόκεε ἄμεινον εἶναι δεξαμένους τὸν λόγον κτλ. . . . Ἀθηναῖοι δὲ . . . οἵ τε ἐκ*

	τῆς βουλῆς καὶ οἱ ἔξωθεν ὡς ἐπύθοντο, περιστάντες Λυκίδην κατέλευσαν.

Proditoris illius poenam affert etiam Lycurgus c. Leocr. § 71 et Demosthenes or. XVIII 204 pro Lycida Cyrsilum nuncupans, ac Demosthenis narrationem repetunt Cicero de officiis III 11, Aristides or. XIII ed. Dindorf I p. 277, Ioannes Doxap. in commentariis ad Hermogenis *περὶ ἰδεῶν* libros II 8, 52 (rhet. Gr. ed. Walz VI p. 443), Sopater in libro *διαίρεσις ζητημάτων* inscripto (ib. VIII p. 171, 24–26).

Atheniensibus Socratis aetate rei publicae statum bis, post expeditionem in Siciliam factam et post cladem apud Aegospotamos acceptam, mutatum esse Libanius scribens res profert iterum ac saepius ab auctoribus Atticis narratas, ab aliis repetitas:

§ 57, p. 45, 16—46, 2 *μετέπεσε δὶς ἡμῖν ἤδη τὸ σχῆμα τῆς πολιτείας ... τοῦτο μὲν μετὰ τὴν ἐν Σικελίᾳ συμφοράν,*	Aristot. *Ἀθ. π.* XXIX 1 *ἐπεὶ δὲ μετὰ τὴν ἐν Σικελίᾳ γενομένην συμφορὰν ἰσχυρότερα τὰ τῶν Λακεδαιμονίων ἐγένετο ..., ἠναγκάσθησαν κι[νήσα]ντες τὴν δημοκρατίαν καταστῆσαι τὴν ἐπὶ τῶν τετρακοσίων πολιτείαν.* Cf. Thuc. VIII 1. 63, Diod. S. XIII 36, 2, schol. Aristoph. Lysistr. 421 ed. Duebner p. 254, 1–3.
τοῦτο δὲ μετὰ τὴν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ἀτυχίαν[1]).	Aristot. *Ἀθ. π.* XXXIV 2 ... *ἠτύχησαν τὴν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίαν, ἐξ ἧς συνέβη κύριον γενόμενον τῆς πόλεως Λύσανδρον καταστῆσαι τοὺς τριάκοντα.* Cf. Xen. hist. Gr. II 3, 1—3,

[1]) Amplius rerum commutationem post cladem apud Aegospotamos acceptam factam exponit Libanius decl. XV § 5 ed. F. VI p. 90, 12—91, 1.

Lys. or. XII 72—76, Dem. or. XXIII 212.

Athenienses aut Lacedaemonios aut omnino omnes in bellis urbibus expugnatis ne sacris quidem opibus parcere Libanius afferens de certis oppidis ab Atheniensibus vel Lacedaemoniis vel aliis captis non videtur cogitavisse, nisi forte in animo habuit Corinthiorum Lacedaemonios ad bellum Atheniensibus inferendum stimulantium consilia narrata a Thucydide vel pecuniam e thesauris Olympiacis ab Arcadum ducibus raptam, quod scelus tradit Xenophon, vel sacrilegia cum ab Atheniensibus et Lacedaemoniis tum a Phocensibus commissa exposita apud Diodorum S.:

§ 106, p. 73, $_{3-6}$	Thuc. I 121, 2	Xen. hist. Gr. VII 4, 33	Diod. S. XVI 56, 3-8; 57, 1
... ἃ ποιεῖτε πολεμοῦντες ὑμεῖς ⟨καὶ⟩ Λακεδαιμόνιοι καὶ πάντες ἁπλῶς οἳ ὅταν κατασκάπτωσι τῶν πολεμίων πόλεις, οὐδὲ τῶν ἱερῶν ἀπέχονται χρημάτων.	*ναυτικόν τε, ᾧ ἰσχύουσιν, ἀπὸ τῆς ὑπαρχούσης τε ἑκάστοις οὐσίας ἐξαρτυσόμεθα καὶ ἀπὸ τῶν ἐν Δελφοῖς καὶ Ὀλυμπίᾳ χρημάτων*[1]).	*χρωμένων δὲ τοῖς ἱεροῖς χρήμασι τῶν ἐν τοῖς Ἀρκάσιν ἀρχόντων ..., πρῶτοι Μαντινεῖς ἀπεψηφίσαντο μὴ χρῆσθαι τοῖς ἱεροῖς χρήμασι κτλ.*	*τῆς δὲ τῶν ἱερῶν χρημάτων φθορᾶς τὴν μὲν ὅλην ἐπιγραφὴν ἔσχον Φωκεῖς, μετέσχον δὲ τῆς αἱρέσεως Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι.*

c. De rerum mythicarum fontibus.

Decem de diis fabulas ab Homero vel Hesiodo expositas ut fide indignas Libanius conferens, quamquam non dubium est,

[1]) Similiter atque Corinthii apud Thucydidem opes Delphis et Olympiae coacervatas ad gerenda bella consumendas commendat auctor dissertationum *διαλέξεις* sive *δισσοὶ λόγοι* nuncupatarum in diss. III *περὶ δικαίω καὶ ἀδίκω* inscripta, ed. Diels l. l. II 1 p. 641, $_{27}$—642, $_{3}$ *ἤδη ἄρα δίκαιον ... καὶ τὸ ἱεροσυλέν.τὰ μὲν ἴδια τῶν πόλεων ἐῶ· τὰ δὲ κοινὰ τᾶς Ἑλλάδος, τὰ ἐκ Δελφῶν καὶ τὰ ἐξ Ὀλυμπίας, μέλλοντος τῶ βαρβάρω τὰν Ἑλλάδα λαβεῖν καὶ τᾶς σωτηρίας ἐν χρήμασιν ἐούσας, οὐ δίκαιον λαβὲν καὶ χρῆσθαι ἐς τὸν πόλεμον;*

quin illae narrationes ex ipsis Homeri et Hesiodi carminibus ei notae fuerint, tamen seriem illam non ipse primus composuit, sed ex iisdem fontibus usque ad Platonis atque etiam Xenophanis et Heracliti dies referendis (cf. supra p. 25) certius vero non definiendis[1]) accepit, e quibus impias illas de diis narrationes etiam alii scriptores delibaverunt deos eorumque cultum aut aggressi aut defendentes, plus minusve eandem copiam de diis narrationum afferentes. Ac satis sit ex his auctoribus vel ethnicis vel Iudaicis vel Christianis unius alteriusve locos cum Libanii verbis composuisse[2]):

§ 121, p. 81, 12—82, 9 *ἀλλὰ τί βούλεσθε*	
1) *περὶ τῆς Ἀθηνᾶς, ὦ Ἀθηναῖοι, πιστεῦσαι εὐθὺς τοὺς ὑμετέρους υἱεῖς, ὡς ἀνθρώπου φύσιν ὑποδῦσα τὸν Πάνδαρον ἤγειρε συγχέαι τοὺς ὅρκους,*	*Δ* 86—140; Plat. pol. II 379 E; schol. Dem. or. XXIV 121 (Oratt. Att. ed. Baiter et Sauppe II p. 118 b, 20–22); Dio Chrys. or. LXXV 14 ed. de Arnim II p. 197, 7–8; Iulian. or. II 53 A
2) *καὶ περὶ τῆς Ἥρας ὡς ὑπὸ τοῦ Διὸς ἀγανακτοῦντος κρεμασθείη χοίνικας ἔχουσα,*	*O* 18—30; Plat. pol. II 378 D; cf. Liban. ep. 10 *ἀκούω δὲ καὶ τὴν Ἥραν δεθῆναι κτλ.*
3) *καὶ περὶ τῆς Ἀφροδίτης ὡς νῦν μὲν μαστροπὸς Ἀλεξάνδρῳ γένοιτο,*	*Γ* 373—450; Isocr. or. X 41; Lucian. dial. deor. 20, 13–16, Charid. 17
4) *νῦν δὲ αὐτή τε*	*E* 329—380; Lucian. Iup. trag. 40; Athenag. 21 ed. Geffcken p. 137, 17
5) *καὶ Ἄρης ὑπὸ Διομήδους τρωθεῖεν;*	*E* 855—863; Lucian. Iup. trag. 40; Athenag. 21 ed. Geffcken p. 137, 18–22; Arnob. adv. nat. IV 25
6) *ἀλλὰ τὴν Ἀπόλλωνος*	*B* 766; Philodem. *περὶ εὐσεβείας* ed. Gomperz p. 34, 1–5; Athenag. 21 ed. Geffcken

[1]) Cf. Geffcken, Zwei griechische Apologeten, Leipzig und Berlin 1907, p. 64.

[2]) Attuli imprimis locos a Geffckeno l. l. p. 204—205 non laudatos.

	p. 138, 16–19; Arnob. adv. nat. IV 25
καὶ Ποσειδῶνος θητείαν οἴεσθε νέοις λυσιτελεῖν;	Φ 443—457; Philodem. ib. p. 34, 12–21; Athenag. 21 ed. Geffcken p. 138, 20–22; Arnob. adv. nat. IV 25
7) ἀλλὰ τὸν μικροῦ δεθέντα ⟨Δία⟩ παρὰ τῶν ἐπ' αὐτὸν συνθεμένων θεῶν;	Α 396—406; Philodem. ib. p. 41, 16–27; Lucian. dial. deor. 21, 2, Iup. trag. 40; Tertullian. apolog. 14
8) ἀλλὰ τὴν πάντων θεῶν πρὸς ἀλλήλους μάχην;	Υ 31—74; Plat. Euth. 6 B, pol. II 378 B–D; Philodem. ib. p. 28, 12–14; Lucian. Menipp. 3, Iup. trag. 40
9) ἀλλὰ τὸν περὶ τῆς ἐκτομῆς λόγον, ἣν ὁ Κρόνος ἐτόλμησεν,	Hes. theog. 154—190; Plat. Euth. 6 A, symp. 195 C, pol. II 377 E—378 A; Clementin. IV 16 ed. de Lagarde p. 60, 24; Aristid. apol. 9, 4 ed. Geffcken p. 12, 20–21; Athenag. 21 ed. Geffcken p. 137, 30
10) ἀλλὰ τὴν δίκην, ἣν οὗτος αὐτὸς ἔτισε τὰ ἔσχατα μὲν ἐργασάμενος τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, τούτων δὲ οὐ κουφότερα παρὰ τοῦ παιδὸς παθών;	Ξ 203—204; Hes. theog. 492–500; Plat. Euth. 6 A; Dio Chrys. or. XIV 21 ed. de Arnim II p. 231, 23–27; Philodem. ib. p. 44, 23–26; Clementin. IV 16 ib. p. 60, 26–27; Athenag. 21 ed. Geffcken p. 137, 30.

Complures ex his fabulis ut ab aliis ita a Libanio reprobatis vituperat etiam Isocrates or. XI 38 *οὐ γὰρ μόνον κλοπὰς καὶ μοιχείας καὶ παρ' ἀνθρώποις θητείας αὐτοῖς ὠνείδισαν, ἀλλὰ καὶ παίδων βρώσεις καὶ πατέρων ἐκτομὰς καὶ μητέρων δεσμοὺς καὶ πολλὰς ἄλλας ἀνομίας κατ' αὐτῶν ἐλογοποίησαν.*

Casandram vitiatam et Libanius cum alias tum apol. Socr. § 94, p. 67, 3–5 commemorat: *ὅ γέ τοι τὴν Κασάνδραν ἐν ὀφθαλμοῖς αἰσχύνας τῆς Ἀθηνᾶς κτλ.* et multi scriptores; ac

locis a Foerstero ad l. l. allatis adiungi queunt Philodemus *περὶ εὐσεβείας* ed. Gomperz p. 53,6–9 et Pausanias V 19, 5.

Res ad Ulixem pertinentes Libanius desumpsit ex Homero:

§ 124, p. 83,10–12 *τὴν Ἀθηνᾶν αὐτῷ ποιεῖ τῆς σωτηρίας ἐπιμελουμένην ... τὸ εἶδος αὐτῷ τρέπουσαν*	ε 382—387; cf. Libanii ep. 755 *μιμοῦ τὴν τῆς Ἀθηνᾶς εἰς τὸν Ὀδυσσέα πρόνοιαν*, ep. 823 *δίκαιος ἂν εἴης Ἀθηνᾶ τῷ Ὀδυσσεῖ γενέσθαι.*
p. 83,12–13 *νῦν μὲν εἰς αἶσχος, νῦν δὲ εἰς κάλλος*	ν 429—438. ϑ 18–20; π 172–176.
p. 83,13–15 *τὴν αἰτίαν αὐτῷ τῆς τοῦ Ποσειδῶνος ὀργῆς οὐκ ἐποίησε δικαίαν.*	α 68–79; ν 342–343.
p. 83,16–17 *ὁ δὲ τὸν Κύκλωπα ἀμυνόμενος ταῦτ' ἐδεδράκει.*	ι 318—397.

Urbem Athenas Minervae hereditatem Libanius identidem appellat:

apol. Socr. § 175, p. 115,6 *ἐν τῇ λήξει τῆς Ἀθηνᾶς.*	or. XII § 36 ed. F. II p. 21,1 *τὴν λῆξιν τῆς Ἀθηνᾶς.*

respiciens fabulam apud auctores veteres creberrimam; cf. Preller-Robert, Griechische Mythologie. I Theogonie und Götter [4], Berlin 1894, p. 203 [1]; ac locis hic allatis adici potest Xen. comm. Socr. III 5, 10.

Minoem propter Pasiphaes uxoris amorem a natura abhorrentem ignominiam accepisse ac pro malis, quibus Athenienses affecisset, a poetis in theatris etiam post mortem vexari Libanius scribens in animo habuit fabulas, quibus cum alii poetae Attici scaenici[1]) tum Euripides in fabula *Κρῆτες* inscripta[2]) Minoem ut tyrannum rudem atque inhumanum finxerunt atque quales Libanius ipse in scaena videtur vidisse; ut Liba-

[1]) Cf. Roscher l. l. II 2 s. v. *Μίνως* p. 2999. — Preller-Plew, Griechische Mythologie. II. Die Heroen [3], Berlin 1875, p. 122 [1].

[2]) Cf. fragmenta apud Nauck, Euripidis tragoediae III [2] p. 124—126.

nius ita fabularum illarum mentionem faciunt etiam [Plato] et Plutarchus:

Lib. apol. Socr. § 177, p. 116, 16–117, 4	Lib. or. LXIV § 73 ed. F. IV p. 467, 5–6	[Plato] Min. 318 D	Plut. Thes. 16
οὐχ ὁρᾶτε τὸν Μίνω δεινὰ πάσχοντα ἐπὶ τῆς σκηνῆς καὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διὰ τοῦ τῆς Πασιφάης ἔρωτος ἐν αἰσχύνῃ γεγενημένην; ... ἀνθ' ὧν τῇ πόλει χαλεπῶς προσενήνεκτο ... διὰ τῶν ποιητῶν καὶ τελευτήσας κολάζεται.	... *ἵνα μὴ τραγῳδὸς εἰσελθὼν Πασιφάην μιμήσηται τὴν ἐξοκείλασαν εἰς ἀλλόκοτον ἔρωτα.*	*ET... τὸν δὲ Μίνων ἄγριόν τινα καὶ χαλεπὸν καὶ ἄδικον. — ΣΩ. Ἀττικόν, ὦ βέλτιστε, λέγεις μῦθον καὶ τραγικόν.* ib. 321 A *ἐν ᾗ δὴ καὶ ἐντείνοντες ἡμεῖς τὸν Μίνων τιμωρούμεθα ἀνθ' ὧν ἡμᾶς ἠνάγκασε τοὺς δασμοὺς τελεῖν ἐκείνους κτλ.*	*καὶ γὰρ ὁ Μίνως ἀεὶ διετέλει κακῶς ἀκούων καὶ λοιδορούμενος ἐν τοῖς Ἀττικοῖς θεάτροις κτλ.*

Idam audacem in Apollinem sagittam coniecisse afferens Libanius § 178, p. 117, 11–13 *μηδὲ μιμήσησθε τὸν θρασὺν ἐκεῖνον Ἴδαν, ὃς ἔλαβε τόξον, ὥς φασιν, ἐπὶ τὸν θεόν* alludit ad fabulam ab Homero *I* 557—560 et ab aliis permultis[1]) narratam, quam ipse identidem commemorat; ac locis a Foerstero ad l. l. allatis adici licet ep. 60 *εἰς τὴν ἀτοπίαν ἐμπέπτωκα τῆς Ἀπόλλωνος ἐρωμένης, ᾗ τοῦ θεοῦ προὔθηκεν ἄνθρωπον, τοῦ Ἀπόλλωνος τὸν Ἴδαν.*

d. De rerum ad litterarum historiam pertinentium fontibus.

Homeri et Hesiodi certamen narratum in libello inscripto *περὶ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου καὶ τοῦ γένους καὶ ἀγῶνος*

[1]) Cf. Preller-Robert l. l. p. 275—276.

αὐτῶν Libanius respicit § 65, p. 50, 4–5 ἠγωνίσατό ποτε Ὁμήρῳ Ἡσίοδος. Epigrammatis autem illius, ad quod Libanius alludit § 65, p. 50, 5–7 τοῦτο αὐτὸς Ἡσίοδος ἐν ἐπιγράμματι διδάσκει φιλοτιμούμενος καὶ λέγων νενικηκέναι τὸν Ὅμηρον, verba sunt haec:

Ἡσίοδος Μούσαις Ἑλικωνίσι τόνδ' ἀνέθηκεν
ὕμνῳ νικήσας ἐν Χαλκίδι θεῖον Ὅμηρον.

(Ed. Nietzsche, Acta soc. philol. Lipsiensis I Lipsiae 1872, p. 17. — Ed. Rzach p. 444.)

Ad Theognidis versus Libanius alludit compluribus locis:

§ 78, p. 57, 1–4 τοῦ Διὸς οὐχ ὕοντος καὶ πάλιν ἔξω τοῦ μετρίου βοῶμεν ὡς ἀδικούμενοι ... καὶ ταύτας τὰς κατηγορίας οὐκ ἠγνόει Θέογνις ὁ Μεγαρεύς.	Theogn. 22—26 Θεόγνιδός ἐστιν ἔπη | τοῦ Μεγαρέος ... οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς | οὔθ' ὕων πάντεσσ' ἁνδάνει οὔτ' ἀνέχων. Cf. 801—804.
§ 89, p. 64, 5–6 κατὰ δὲ Θέογνιν ἄτιμον τοῦ δήμου τὸ πλέον.	Theogn. 847—850 Λὰξ ἐπίβα δήμῳ κενεόφρονι κτλ.
§ 89, p. 64, 7–10 ἐκμαίνει περὶ χρημάτων ἐπιθυμίαν καὶ πείθει καλοὺς ἡγεῖσθαι τοὺς ὑπὲρ τούτων πόνους καὶ κινδύνους καὶ τολμήματα καὶ θανάτους.	Theogn. 175—176; 179—180 Χρὴ γὰρ ὁμῶς ἐπὶ γῆν τε καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης | δίζησθαι χαλεπῆς, Κύρνε, λύσιν πενίης.

Duos poetas, alterum, quod Menestheum Atheniensem ut aciei instruendae laudavisset peritissimum, alterum, quod in urbem Athenas laudes fecisset, ab Atheniensibus summopere honoratos esse Libanius commemorans cogitavit de Homero et Pindaro et de honoribus ab Atheniensibus eis decretis. Menestheum enim praedicat Homerus:

§ 79, p. 57, 14–15 ὁ μὲν Μενεσθέως ὡς δεινοῦ τάττειν στρατιώτας ἐμνήσθη.	B 552—554 τῶν αὖθ' ἡγεμόνευ' υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς κτλ.

Quos versus Homericos etiam Herod. VII 161 commemorat atque ad eosdem versus spectat epigramma in uno ex Hermis

inscriptum, quos Athenienses civibus post victoriam apud Strymonem partam reversis posuerunt, traditum ab Aeschine or. III 185, a Plutarcho Cim. 7. — Homerum eximio honore ab Atheniensibus ornatum esse Libanius scribens § 79, p. 57, 10–11 *σφόδρα παρὰ τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων τετίμηνται* in animo videtur habuisse legem illam Solonis memoriae proditam apud Diog. L. I 57 *τά τε Ὁμήρου ἐξ ὑποβολῆς γέγραφε ῥαψῳδεῖσθαι* et a Lycurgo c. Leocr. 102 *βούλομαι δ' ὑμῖν καὶ τὸν Ὅμηρον παρασχέσθαι ἐπαινῶν. οὕτω γὰρ ὑπέλαβον ὑμῶν οἱ πατέρες σπουδαῖον εἶναι ποιητήν, ὥστε νόμον ἔθεντο καθ' ἑκάστην πενταετηρίδα τῶν Παναθηναίων μόνου τῶν ἄλλων ποιητῶν ῥαψῳδεῖσθαι τὰ ἔπη*[1]).

Pindaro autem, quod Athenas *Ἑλλάδος ἔρεισμα* (Pindari frg. 76 ed. Christ p. 394) appellavisset, Athenienses magna praemia dedisse Libanius scribens sequi videtur Isocratem:

Cap. 29 p. 59, 10–14 = rhet. Gr. I p. 70, 25–71, 5 *ἐὰν δὲ διαβολή τις ᾖ τῶν προειρημένων περὶ ἡμᾶς, προκαταλαβόντες τοὺς ἀκροατὰς καὶ περὶ τῶν διαβολῶν τὰς ἀπολογίας καὶ τὰς προφάσεις συντόμως ἐνεγκόντες, οὕτω προθήσομεν καὶ τοὺς ἀκροατὰς ἐπὶ τὸ προσέχειν παρακαλέσομεν.*	§ 13, p. 20, 15—21, 3 *ἐπιδείξω Σωκράτην οὐδενὶ πώποτε διδάσκαλον γενόμενον οὔτ' ἀδίκου κλοπῆς οὔτε ἀπάτης οὔτε ἱεροσυλίας οὔτε ἐπιορκίας οὔτ' ἀργίας οὔθ' ὑπεροψίας τῶν νόμων οὔτε δήμου καταλύσεως.*

3. *ἀπαγγελία* sive *δήλωσις* sive *διήγησις* sive *πρόρρησις*.

	§§ 14—33, p. 21, 6—32, 12.
Cap. 36 p. 75, 23–24 = rhet. Gr. I p. 88, 11–12 *τὰς ἀπαγγελίας συνάψομεν τῷ προοιμίῳ*	
Cap. 31 p. 61, 20–23 = rhet. Gr. I p. 73, 16–18 *ὅταν δὲ λίαν ὦσιν αἱ πράξεις πολλαὶ καὶ μὴ γνώριμοι, παρ' ἕκαστον συναπτιὰς ποιήσομεν καὶ δικαίας*	§ 14, p. 21, 6–9 *Σωκράτης . . . γενόμενος ἐκ πατρὸς Ἀθηναίου καὶ τραφεὶς ἐν τοῖς ἡμετέροις νόμοις λογισμὸν ἔλαβε . . . πρέποντα δὲ τῇ πόλει*
	§ 16, p. 22, 15 *ἐπὶ δὲ τὸ ζητεῖν τὸ δίκαιον κτλ.*
	§ 30, p. 31, 2–4 *παρέδωκεν εἰς ὑμᾶς τὸν οὐδὲν ὧν ἐνόμιζε δικαίων προδεδωκότα τῷ φόβῳ*
καὶ συμφερούσας	§ 20, p. 25, 7–10 *ἵν' . . . παρέχοντες αὐτοὺς εἰς τὴν χρείαν ἐπιτηδείους συμφέρωσιν ὑμῖν ἄρχοντες*

[1]) Hanc partem, quae est inter exordium et narrationem, vel inter hanc et argumentationem alii artium scriptores aliter et collocant et appellant; cf. Roessler, Rhetorum antiquorum de dispositione doctrina, Budissae 1866, p. 8.

	§ 24, p. 28, 5–7 *οἵους ὄντας ᾔδειτε … ἀγαθοὺς δὲ ἐν βουλαῖς τὸ συμφέρον ἰδεῖν*
καὶ καλῶς ἀποφανοῦμεν	§ 22, p. 26, 14–15 *σοφίας ὑμῶν εἰς ἅπαντας ἀνθρώπους ἀπέστελλεν ὄνομα*
	§ 23, p. 27, 9–10 *μεῖζον εἶναι κέρδος αὐτοῖς καὶ μικρὸν τῶν ἐκείνου μετασχεῖν καλῶν*
Cap. 36 p. 82, 6–10 = rhet. Gr. I p. 95, 11–15 *παλιλλογία τῶν εἰρημένων ἤδη σύντομος ἀνάμνησις. χρήσιμος δέ ἐστι παρὰ πάντας τοὺς καιρούς, ... μάλιστα δὲ ἁρμόττει πρὸς τὰς κατηγορίας καὶ τὰς ἀπολογίας.*	§ 33, p. 31, 17—32, 12 *ὡς μὲν οὖν οὔτ᾽ Ἄνυτος διαφθορᾶς τὴν νεότητα ῥυόμενος … ἐκ τούτων ὑμῖν δεδηλῶσθαι νομίζω.*

4. *βεβαίωσις.*

	§§ 34—84, p. 42, 13—61, 6.
Cap. 36 p. 76, 3 = rhet. Gr. I p. 88, 15 *τὰ δὲ μετὰ ταῦτα ἔσται βεβαίωσις.*	§ 34, p. 32, 13–14 *ἐντεῦθεν δὴ καὶ αὐτὸς ποιήσομαι τὴν τῶν ἐλέγχων ἀρχήν.*

a) *δήμου κατάλυσις.*

	§§ 34—61, p. 32, 13 – 48, 6.
Cap. 21 p. 47, 3–4 = rhet. Gr. I p. 57, 14–16 *εἰρωνεία δέ ἐστι … ἐν τοῖς ἐναντίοις ὀνόμασι τὰ πράγματα προσαγορεύειν*	§ 34, p. 32, 15—33, 1 *τὸν φιλόπολιν Ἄνυτον* § 36, p. 33, 14–15 *ὦ κηδεμὼν τῶν νέων*
Cap. 14 p. 38, 12–14 = rhet. Gr. I p. 48, 9–10 *τὸν δ᾽ ἀντιλέγοντα μάλιστα δεικνύναι μηδεμίαν ἐμπειρίαν ἔχοντα τὸν ἐναντίον περὶ ὧν ἀποφαίνεται*	§ 39, p. 35, 9–10 *οὔπω τὸν δῆμον ἐφίλεις καὶ διὰ τοῦτ᾽ οὐκ ᾤου δεῖν φροντίζειν κτλ.*

Cap. 36 p. 76, 8–11 = rhet. Gr. I p. 88, 21 – 89, 2 *βεβαιοῦν, ἂν μὲν πιθανὰ ᾖ, γνώμαις*	§ 40, p. 35, 15–16 *μετὰ γὰρ τοῦ κακῶς ποιοῦντος τὸν παρὸν κωλύειν οὐκ ἐθελήσαντα θετέον*
καὶ ἐνθυμήμασιν,	§ 41, p. 36, 12–15 *ὅτε πρῶτον ἁλοῖεν, στρεβλοῦνται. Σωκράτους δὲ δοκεῖ τὸ πᾶν ὑμῖν ἀνασχέσθαι τοσοῦτον χρόνον Ἄνυτος κτλ.*
ἐὰν δὲ μὴ παντελῶς πιθανὰ ᾖ, τῷ εἰκότι,	§§ 43–44, p. 37, 9 — 38, 16 *ἀλλὰ καὶ τούτου σιγῶντος πῶς οὐχ ἧκεν ἄλλοθεν κατηγορία . . .; κτλ.*
ἔπειτα τοῖς παραδείγμασι	§§ 45—46, p. 38, 16 — 40, 3 . . . *στρατηγοῦντες . . . οὐ διέφυγον τὸ μὴ δοῦναι λόγον*
καὶ τοῖς τεκμηρίοις . . .	§ 47, p. 40, 12–16 *εἰ δέ τις . . . φιλοσοφεῖ, πῶς ἂν οὗτος οἷός τε εἴη τὴν πολιτείαν μετακινεῖν;*
	§§ 49—50, p. 42, 5–8 *ὁ μὲν πείθων ἀνελεῖν τοὺς νόμους Σωκράτης κρίνεται, τῶν δὲ ἐπιθησομένων τῇ τούτων καταλύσει λόγον οὐδεὶς ἀπαιτεῖται*
καὶ τοῖς ἐλέγχοις	§ 48, p. 41, 4–6 *ῥᾳδίως γ' ἂν ὁ ἄνθρωπος ἐμισθοδότησε δορυφόρους κτλ.*
Cap. 36 p. 79, 10–13 = rhet. Gr. I p. 92, 9–12 *ἂν δὲ . . . . τὸ ἔθος ἐπιφέρων σου κατηγορήσῃ,*	§ 53, p. 43, 18 *μισόδημος, φησίν, ἐστὶ κτλ.*
ἀπολογοῦ μάλιστα . . . ὅτι οὐκ εἴθισαι τὰ τοιαῦτα πράττειν	§ 55, p. 45, 2–3 *ὧν οὐδὲν ἂν ἔχοι δεῖξαι πεποιηκότα Σωκράτην*
	§ 58, p. 46, 11–13 *Σωκράτης δὲ οὔτε φυομένου συνεφήψατο τοῦ πράγματος κτλ.*

b) *ψόγος ποιητῶν*[1]).

	§§ 62—79, p. 48, 7—58, 9.
Cap. 36 p. 79, 24–26 = rhet. Gr. I p. 92, 23—93, 1 *ἂν δὲ ὁμολογῶμεν τὰ ἐγκαλούμενα πεποιηκέναι, ἐκ τῶν δικαίων καὶ νομίμων μετιόντες ἐννομώτερα καὶ δικαιότερα τὰ ἡμέτερα ἀποδεικνύναι πειρασόμεθα*	§ 63, p. 48, 14—49, 1 *πρᾶγμα ποιῶν . . . πολλῆς ἐξουσίας, ἐπεὶ καὶ ἐμοὶ καὶ σοὶ . . . . δέδοται παρὰ τῶν νόμων κτλ.*
	§ 69, p. 52, 8–9 *ἐπιλαμβάνεται Πινδάρου Σωκράτης, ὡς σὺ Σωκράτους, μᾶλλον δὲ οὐχ οὕτως. ὁ μὲν γὰρ δικαίως κτλ.*
Cap. 32 p. 63, 9–10 = rhet. Gr. I p. 75, 7–9 *δεῖ δὲ καὶ τὰ παραδείγματα τοῖς ὑπό σου λεγομένοις δικαίοις ὅμοια φέρειν*	§ 70, p. 53, 9–10 *τί τοίνυν ὁ κρινόμενος παραβὰς ἠδίκηκεν, εἰ μήτε ἐν νόμῳ κεκώλυται κτλ.*
Cap. 8 p. 33, 7–8 = rhet. Gr. I p. 42, 19–20 *πολλὰ δὲ λήψῃ παραδείγματα* 1) *διὰ τῶν προγεγενημένων πράξεων*	§§ 65—66, p. 50, 4—51, 3 *ἠγωνίσατό ποτε Ὁμήρῳ Ἡσίοδος κτλ.*
	§ 73, p. 54, 15—55, 1 *Πεισίστρατος μὲν ὁ μάλιστα σπουδάσας περὶ τὴν Ὁμήρου ποίησιν κτλ.*
2) *καὶ διὰ τῶν νῦν γινομένων*	§§ 67—68, p. 51, 3—52, 7 *Σοφοκλῆς δέ . . . καὶ Εὐριπίδης καὶ Αἰσχύλος κτλ.*
Cap. 9 p. 33, 20–23 = rhet. Gr. I p. 43, 6–8 *πολλὰ δὲ λήψῃ τεκμήρια σκοπῶν εἴτε ὁ λόγος τοῦ ἐναντίου αὐτὸς αὐτῷ ἐναντιοῦται*	§ 69, p. 52, 11–14 *πῶς οὖν οὐκ ἄνισον αὐτὸν μὲν ἀξιοῦν ψέγειν τῶν πολιτῶν τοὺς λόγους, τῶν δὲ πολιτῶν μηδενὶ κτλ.*

[1]) Hoc crimen in partitione sive capitum expositione § 13, p. 20, 15—21, 3 omissum est.

Cap. 32 p. 63, 13–16 = rhet. Gr. I p. 75, 12–14 *ὅταν δὲ ἅπαντα τοῦτον τὸν τρόπον μετιόντες διέλθωμεν, ἐπὶ τελευτῆς αὐτοῦ γνώμας ... ἐνεγκόντες κτλ.*	§ 79, p. 58, 6–9 *κωλύει δὲ οὐδὲν ... τοὺς αὐτοὺς καὶ τὰ ὄντα περὶ τῆς πόλεως ὑμνηκέναι κτλ.*

c) *ὑπεροψία τῶν νόμων.*

	§§ 80–84, p. 58, 10—61, 6.
Cap. 36 p. 76, 8–10 = rhet. Gr. I p. 88, 21–22 *βεβαιοῦν .... τῷ εἰκότι.*	§ 80, p. 59, 2–3 *θαυμάζω εἰ ⟨τὴν⟩ πόλιν, ... βεβίωκε χρόνον πάλαι θάνατον ὀφείλων.*
Cap. 36 p. 79, 24–26 = rhet. Gr. I p. 92, 23—93, 1 *ἂν δὲ ὁμολογῶμεν τὰ ἐγκαλούμενα πεποιηκέναι, ἐκ τῶν ... νομίμων μετιόντες ἐννομώτερα ... τὰ ἡμέτερα ἀποδεικνύναι πειρασόμεθα*	§ 81, p. 59, 8–9 *τοὺς βλάπτοντας νόμους λύειν ἐξ αὐτῶν ἐστὶ δεδομένον τῶν νόμων*
Cap. 32 p. 63, 9–13 = rhet. Gr. I p. 75, 7–11 *δεῖ δὲ καὶ τὰ παραδείγματα ..., πολλὰ δὲ ἕξεις λέγειν ... ἐκ τῶν ἐν αὐτῇ τῇ πόλει ἐν ᾗ λέγεις*	§ 82, p. 59, 15 = 60, 1 *ταύτην τὴν ἴασιν ... χρόνον οὐδένα διαλελοίπαμεν κτλ.*
Cap. 8 p. 33, 7–8 = rhet. Gr. I p. 42, 19–20 *πολλὰ δὲ λήψῃ παραδείγματα* 1) *διὰ τῶν προγεγενημένων πράξεων* 2) *καὶ διὰ τῶν νῦν γινομένων*	§ 82, p. 60, 4–5 *πόσους Δράκοντος, πόσους Σόλωνος, πόσους λελύκαμεν Κλεισθένους;* § 83, p. 60, 10–11 *ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ κτλ.*
Cap. 36 p. 76, 8–12 = rhet. Gr. I p. 88, 21–22 *βεβαιοῦν .... τελευταῖον δὲ τοῖς ἐνθυμήμασι*	§ 83, p. 60, 15–18 *εἰ τούτων μνησθείη τις ..., οὗτος ἄχθεται τῷ τὸν δῆμον κρατεῖν;*
Cap. 4 p. 24, 3–4 = rhet. Gr. I p. 32, 24—33, 1 *μικρὰς τὰς βλάβας ἀπ' αὐτῶν γενομένας*	§ 84, p. 60, 19—61, 2 *εἰ μὲν οὖν ... βλάβη δέ τις ἐφαίνετο διὰ τῆς ἐξουσίας κτλ.*

ἀποφαίνοντα συγγνώμης τυχεῖν πειρατέον.	

5. *προκατάληψις.*

Cap. 36 p. 80,9 = rhet. Gr. I p. 93,11 *μετὰ δὲ ταῦτα αἱ προκαταλήψεις.*	§§ 85—166, p. 61,7—110,11.

a) *Σωκράτους οἱ περὶ ποιητῶν λόγοι.*

	§§ 88—101, p. 61,7—70,17.

α) Σωκράτης τῶν ποιητῶν ἐπιλαμβάνεται.

	§§ 85—96, p. 61,7—68,7.
Cap. 4 p. 23,22—24,1 = rhet. Gr. I p. 32,20–22 *ἐὰν ἀναγκάζηται ὁμολογεῖν, πειρατέον δεικνύναι . . .*	§ 85, p. 61,7–8 *Σωκράτης, ἐρῶ δὲ τἀληθές, . . . πολλαχοῦ μὲν μέμνηται τῶν ποιητῶν*
καλὸν καὶ συμφέρον τῇ πόλει τὸ πεπραγμένον	§ 92, p. 65,17–18 *τὰ χρησιμώτατα τῷ δήμῳ ποιοῦντος Σωκράτους*
τὰ παραδείγματα	§ 86, p. 61,17 *Ἡσίοδος*
	§ 87, p. 62,9 *περὶ Πινδάρου*
	§ 88, p. 63,4 *Θέογνις*
	§ 93, p. 66,6 *Ὅμηρος.*

β) Σωκράτης τῇ δόξῃ τῶν ποιητῶν ἐπὶ τὸ πείθειν ἐχρῆτο.

	§§ 97—101, p. 68,8—70,17.
Cap. 4 p. 23,21–22 = rhet. Gr. I p. 32,19–20 *ἀποδεικτέον τῷ ἀπολογουμένῳ ὡς οὐδὲν τῶν κατηγορουμένων ἔπραξεν*	§ 97, p. 68,13–18 *πρὸς τίνα ἀνθρώπων τὰς παρ' Ὀδυσσέως κατὰ δήμου πληγὰς ἐπαινέσας ἐπέθηκε κτλ.*
Cap. 9 p. 33,20–21 = rhet. Gr. I p. 43,6–8 *πολλὰ δὲ λήψῃ τεκμήρια σκοπῶν εἴτε ὁ λόγος τοῦ ἐναντίου αὐτὸς αὑτῷ ἐναντιοῦται*	§ 98, p. 68,21 *ἐναντία σαυτῷ λέγεις*
Cap. 15 p. 30,20 = rhet. Gr. I p. 48,17 *μαρτυρία δέ ἐστιν ὁμολογία συνειδότος ἑκόντος.*	§ 100, p. 69,8–10 *οὗτος . . . τὸν νυνὶ κρινόμενον ἀνεῖπε σοφώτατον*
	§ 100, p. 69,15—70,1 *οὐδὲ φυσηθεὶς ὑπὸ τῆς μαρτυρίας.*

b) *νέοι ... πατέρων πρότερον ἄγοντες ἐκεῖνον.*

	§§ 102—103, p. 70, 17—71, 12.
Cap. 7 p. 27, 14–15 = rhet. Gr. I p. 36, 15 16 *εἰκὸς μὲν οὖν ἐστιν οὗ λεγομένου παραδείγματα ἐν ταῖς διανοίαις ἔχουσιν οἱ ἀκούοντες.*	§ 102, p. 71, 3–4 *τί πλέον ἂν ἐξήτησαν τοῦ πεῦσαι τὸν ἄνθρωπον*
	§ 103, p. 71, 9 10 *τίς οὖν πατὴρ ἀπεκήρυξε τὸν αὑτοῦ κτλ.*

c) *περὶ ... τοῦ τε κλέπτειν καὶ τῆς ἱεροσυλίας καὶ τῆς ἀπάτης.*

	§§ 103—108, p. 71, 13—74, 10.
Cap. 4 p. 23, 12—24, 1 = rhet. Gr. I p. 32, 20 22 *ἐὰν ἀναγκάζηται ὁμολογεῖν, πειρατέον δεικνύναι ἔννομον ... τὸ πεπραγμένον*	§ 103, p. 71, 15 16 *ταυτὶ γὰρ οὐκ εἰσάπαξ ἡγεῖτο δεινὰ καὶ τοῖς νόμοις ἐναντία*
Cap. 8 p. 33, 7 8 = rhet. Gr. I p. 42, 19–20 *πολλὰ δὲ λήψῃ παραδείγματα*	
1) *διὰ τῶν προγεγενημένων πράξεων*	§ 104, p. 72, 2 *ὁ Θεμιστοκλῆς*
2) *καὶ διὰ τῶν νῦν γινομένων*	§ 102, p. 72, 4 *τοὺς ἰατροὺς ὁρῶμεν κτλ.*
Cap. 36 p. 79, 15 16 = rhet. Gr. I p. 92, 14 15 *τὸ δὲ παράδειγμα ... ἂν δύνῃ, δείκνυε ὡς οὐχ ὅμοιόν ἐστι τῷ ἐγκαλουμένῳ.*	§ 107, p. 73, 7 9 *ὁ δὲ Θυέστης καὶ τὸ τοὺς Ἕλληνας ὑπὸ τῶν ὑμετέρων ἐξηπατῆσθαι πατέρων ἐμβέβληται παρὰ τῆς Ἀνύτου πονηρίας κτλ.*

d) *διδάσκει ἐπιορκεῖν.*

	§§ 109—113, p. 74, 11—77, 11.
Cap. 36 p. 79, 10 13 = rhet. Gr. I p. 92, 9 12 *ἂν δὲ .... τὸ ἔθος ἐπιφέρων σοῦ κατηγορήσῃ, ἀπολογοῦ μάλιστα ..., ὅτι οὐκ εἴθισαι τὰ τοιαῦτα πράττειν*	§ 109, p. 74, 13 14 *ὁ μηδ' ἐν οἷς εὐορκεῖν μέλλει τοὺς θεοὺς ὀμνύων.*
	§ 113, p. 76, 18–19 *οὔτε λόγοις οὔτε ἔργοις οὗτός ποτε πρὸς κακίαν ἡγήσατο τοῖς νέοις.*

e) *δεινότερα τῶν φανερῶν τἀφανῆ.*

Cap. 4 p. 23, 21–22 = rhet. Gr. I p. 32, 19–20 *ἀποδεικτέον τῷ ἀπολογουμένῳ ὡς οὐδὲν τῶν κατηγορουμένων ἔπραξεν*

Cap. 33 p. 64, 14–18 = rhet. Gr. I p. 76, 15–20 *χρὴ δὲ παρατιθέναι ... τὰ δὲ τῶν ἐναντίων ἀσθενῆ καὶ μικρὰ ποιοῦντα.*

§§ 114—126, p. 77, 12—84, 17.

§ 114, p. 78, 1 *τίς συνουσία Σωκράτους ἔξω τῶν γνωρίμων τόπων; κτλ.*

§ 120, p. 80, 17–18 *μὴ δὴ τοῦτο λεγέτω τις, ὡς νέοι Σωκράτει συνῆσαν*

§ 122, p. 82, 14–15 *τοῦ κατηγόρου σφόδρα κακῶς εἰρηκότος Ὅμηρον*

§ 125, p. 84, 4–6 *Ἄνυτος δὲ ... πάντων ἀθλιώτατον ἀποφαίνει καὶ τὸν αὐτὸν ἀσεβῆ καὶ κακοδαίμονα.*

f) *ἀργοὺς ἐποίει Σωκράτης.*

Cap. 4 p. 23, 21–22 = rhet. Gr. I p. 32, 19–20 *ἀποδεικτέον τῷ ἀπολογουμένῳ ὡς οὐδὲν τῶν κατηγορουμένων ἔπραξεν*

Cap. 12 p. 36, 5–6 = rhet. Gr. I p. 45, 21–23 *πολλὰ δὲ ποιήσομεν σημεῖα συλλήβδην εἰπεῖν ἐξ ἑκάστου τῶν πεπραγμένων*

Cap. 4 p. 23, 22—24, 1 = rhet. Gr. I p. 32, 21–22 *πειρατέον δεικνύναι ἔννομον καὶ δίκαιον ... τὸ πεπραγμένον*

Cap. 7 p. 30, 5–8 = rhet. Gr. I p. 39, 10–12 *ἂν δὲ ὁμολογεῖν ἀναγκάζῃ, τοῖς τῶν πολλῶν ἤθεσιν ἀφομοίου τὰς σαυτοῦ πράξεις*

§§ 127—135, p. 84, 17—90, 14.

§ 127, p. 84, 19—85, 1 *τίνα τρόπον; εἶπε τὸ καθῆσθαι ποιοῦντα μηδὲν τοῦ μετιέναι τὰς ἐργασίας ποτὲ βέλτιον...;*

§ 131, p. 87, 13–15 *τῆς ἀργίας Σωκράτους εἰλήφατε πεῖραν ... τοῦτο μὲν ἐπὶ Δηλίῳ, τοῦτο δ' αὖ ἐν Ἀμφιπόλει*

§ 133, p. 89, 3–6 *μετὰ πολλῶν γε Ἀθηναίων, δεδωκότος γε τοῦ Σόλωνος ..., ὃ καὶ τῶν ἄλλων πολλοὺς ἰδιώτας τετήρηκεν*

Cap. 4 p. 23, 22 — 24, 4 = rhet. Gr. I p. 32, 21 — 33, 1 *πειρατέον δεικνύναι . . . συμφέρον τῇ πόλει τὸ πεπραγμένον . . .*
καὶ μικρὰς τὰς βλάβας ἀπ' αὐτῶν γενομένας ἀποφαίνοντα συγγνώμης τυχεῖν πειρατέον

§ 133, p. 89, 9–13 *ἐξείλετο τὴν πόλιν κυβερνητῶν ἀπείρων . . . ἐργαζόμενος μὲν οὖν τὰ πάντων ὠφελιμώτατα . . .*

ὅστις μὲν ἠναντίωται τοῖς βλαβεροῖς, εὐεργέτην ἡγοῦμαι τῶν οὐ γευσαμένων τῆς βλάβης

Cap. 10 p. 33, 24 — 34, 4 = rhet. Gr. I p. 43, 11–17 *ἐνθυμήματα δέ ἐστιν οὐ μόνον τὰ τῷ λόγῳ καὶ τῇ πράξει ἐναντιούμενα, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι· λήψη δὲ πολλὰ . . . σκοπῶν εἴ πη . . . ἐναντιοῦται . . . τὰ πεπραγμένα . . . . τῷ ἔθει τῶν πραγμάτων.*

§ 135, p. 90, 6–9 *ἦν δὲ οὐ ταῦτα πρότερον ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἐγκλήματα . . . . ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον.*

g) *Ἀλκιβιάδης καὶ Κριτίας.*

§§ 136--151, p. 90, 15 — 101, 14.

α) *ἐγκώμιον Ἀλκιβιάδου.*

§§ 137--141, p. 91, 10 — 95, 5.

Cap. 35 p. 68, 12–16 = rhet. Gr. I p. 80, 12–16 *δεῖ διελόμενον τὰ ἔξω τῆς ἀρετῆς ἀγαθὰ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἀρετῇ ὄντα ποιεῖν οὕτω· τὰ μὲν ἔξω τῆς ἀρετῆς εὐγένειαν . . .*

§ 137, p. 91, 11 -- 92, 1 *τὸν Ἀλκμαίωνα καὶ τὸν Ἱππόνικον ἀκούων . . . καὶ Κλεινίαν φρονήματος ἔγεμε δυοῖν οἰκίαιν γνωριμωτάταιν πρέποντος*

καὶ κάλλος . . .

§ 137, p. 92, 2 *καλὸν αὐτὸν ἡ μήτηρ ἔτεκε*

τὴν δ' ἀρετὴν εἰς . . . ἐπιτηδεύματα ἔνδοξα

§ 137, p. 92, 4–5 *τοὺς ὁμόρους πρὸς τὴν Σπάρτην ἐξεπολέμωσε κτλ.*

§ 138, p. 92, 10 *εἶδεν ἐπὶ τὸν Ἰόνιον κτλ.*

Cap. 35 p. 70, 13–14 = rhet. Gr. I p. 82, 18 *τὰ ἔργα τοῦ ἐπαινουμένου.*	§§ 140—141, p. 94, 3—95, 5 *μεταφέρων μὲν ἐς τὴν τῆς πόλεως χρείαν τὴν βασιλέως ῥοπήν, καταλύων δὲ τὸ Λακεδαιμονίων ναυτικὸν κτλ.*

g) *Σωκράτης διδάσκαλος.*

	§§ 142—151, p. 95, 6—101, 14.
Cap. 7 p. 29, 18–22 = rhet. Gr. I p. 38, 25—39, 3 *ἂν δὲ σοὶ μηδὲν ᾖ πεπραγμένον τοιοῦτον, τῶν δὲ φίλων σού τινες τυγχάνωσι τοιαῦτα πεποιηκότες, χρὴ λέγειν, ὡς οὐ δίκαιόν ἐστι δι' ἐκείνους σαυτὸν διαβάλλεσθαι,*	§ 142, p. 95, 12–18 *ἔστω μὲν Ἀλκιβιάδης μηδὲν Κριτίου βελτίων, ἔστω δὲ Σωκράτης διδάσκαλος . . . τί δεῖ Σωκράτην ἀντ' ἐκείνων μισεῖν;*
καὶ δεικνύναι τῶν σαυτῷ συνήθων ἑτέρους ἐπιεικεῖς ὄντας.	§ 150, p. 100, 6–7 *Ἀλκιβιάδην μὲν καὶ Κριτίαν λέγεις, πολλοὺς δὲ χρηστοὺς παραλείπεις.*

h) *οὐδεὶς . . . πείσει καταψηφίσασθαι Σωκράτους.*

	§§ 152—160, p. 101, 14—107, 3.
Cap. 36 p. 79, 15–16 = rhet. Gr. I p. 92, 14–15 *τὸ δὲ παράδειγμα πρῶτον μὲν ἂν δύνῃ, δείκνυε ὡς οὐχ ὅμοιόν ἐστι τῷ ἐγκαλουμένῳ*	§ 152, p. 101, 14—102, 1 *οὐδεὶς . . . πείσει καταψηφίσασθαι Σωκράτους, ὅτι Θησεὺς μὲν . . . Σόλων δὲ . . .*
Cap. 7 p. 29, 23—30, 2 = rhet. Gr. I p. 39, 4–7 *ἂν δὲ τῶν ὁμοίων δεικνύωσί τινας ταὐτὰ πεποιηκότας, ἄτοπον εἶναι φάσκε, διότι ἕτεροί τινες ἐξαμαρτάνοντες φαίνονται, πίστιν εἶναι ὅτι τῶν ἐγκαλουμένων τι καὶ σὺ πεποίηκας*	§ 153, p. 102, 13–15 *λέγει . . . τὸν Ἀναξαγόραν, τὸν Πρωταγόραν, τὸν Διαγόραν* § 157, p. 105, 6–7 *φησὶν . . . . τὸν Δάμωνα* § 154, p. 103, 14–16 *κἂν μυρίους λέγῃς σοφιστὰς ἀπολωλότας, οὔπω Σωκράτην ἐλέγχεις*

Cap. 36 p. 79, 15–18 = rhet. Gr. I p. 92, 14–17 *τὸ δὲ παράδειγμα πρῶτον μὲν ἂν δύνῃ, δείκνυε ὡς οὐχ ὅμοιόν ἐστι τῷ ἐγκαλουμένῳ,*	§ 155, p. 104, 1–5 *διεξῄει … τὸν Μιλτιάδην, τὸν Θεμιστοκλέα, τὸν Ἀριστείδην, οὐκ ἐνθυμηθείς, ὡς ὁ μὲν Μιλτιάδης κτλ.*
εἰ δὲ μή, ἕτερον φέρε αὐτὸς παράδειγμα ἐκ τῶν ἐναντίων παρὰ τὸ εἰκὸς γενόμενον	§ 156, p. 104, 12–13 *ὁ δὲ Ἀναξαγόρου μαθητής, ὁ Ξανθίππου Περικλῆς*
Cap. 7 p. 29, 10–13 = rhet. Gr. I p. 38, 17–20 *τοῖς δὲ ἀπολογουμένοις μάλιστα δεικτέον, ὡς οὐδεπώποτε τῶν κατηγορουμένων τι πρότερον οὔτε αὐτοὶ … οὔτε τῶν ὁμοίων αὐτοῖς ἔπραξέ τις.*	§ 158, p. 105, 17–19 *οὐ διὰ Μέλισσον καὶ Θαλῆν καὶ Πυθαγόραν ἤρχθησάν τε καὶ ἐστασίασαν οἱ τὰς πόλεις ἔχοντες.*

i) *Σωκράτης τυραννικός.*

	§§ 161—166, p. 107, 4—110, 11.
Cap. 36 p. 79, 11–12 = rhet. Gr. I p. 92, 10–11 *ἀπολογοῦ μάλιστα μέν, ὡς ἀλυσιτελές ἐστι τὸ κατηγορούμενον*	§ 162, p. 107, 10 *τί σοι τὸν ἄνθρωπον ἐβούλου ποιεῖν;*
Cap. 15 p. 38, 20 = rhet. Gr. I p. 48, 17 *μαρτυρία δέ ἐστιν ὁμολογία συνειδότος ἑκόντος*	§ 163, p. 108, 10–14 *εἰ γάρ τις ἄλλοθεν ἐπελθὼν … οὐκ ἂν ὑμῖν δοκεῖ Σωκράτει δοῦναι τὴν ψῆφον;*
Cap. 12 p. 36, 5–6 = rhet. Gr. I p. 45, 21–23 *πολλὰ δὲ ποιήσομεν σημεῖα συλλήβδην εἰπεῖν ἐξ ἑκάστου*	
1) *τῶν πεπραγμένων*	§ 165, p. 109, 13–14 *τριῶν … κατεγέλασε τυράννων*
2) *καὶ λεγομένων*	§ 163, p. 108, 16 *μὴ συγχωροῦντα εὐθύς*
3) *καὶ ὁρωμένων.*	§ 163, p. 108, 14 *ὃν ἑώρα κτλ.*

6. ἐπίλογος.

Cap. 36 p. 82,11–14 = rhet. Gr. I p. 95,16–20 *οὐ γὰρ μόνον ἀναμνῆσαι. δεῖν φαμὲν περὶ τῶν εἰρημένων ἐνταῦθα . . ., ἀλλὰ καὶ πρὸς ἡμᾶς τοὺς κριτὰς εὖ διαθεῖναι καὶ πρὸς τοὺς ἐναντίους κακῶς.* — Cf. *Ἀνωνύμου τέχνη ῥητορική* ed. Spengel-Hammer, Rhet. Gr. I p. 388,15–16 *διαιρεῖται δὲ ὁ ἐπίλογος εἰς εἴδη δύο, εἴς τε τὸ πρακτικὸν καὶ τὸ παθητικόν.*	§§ 167—184, p. 110,12—121,5.

a) *μνημονικὸν* sive *πρακτικόν.*

Cap. 36 p. 82,15–18 = rhet. Gr. I p. 95,21–23 *ἔστι δὲ μνημονικὸν ποιεῖν ἐν κεφαλαίῳ ἀπολογιζόμενον περὶ τῶν εἰρημένων . . . ἢ προσερωτῶντα τῶν μὲν σαυτοῦ τὰ βέλτιστα*	§§ 167—168, p. 110,12—111,16.
1) *προσερωτήσεις*	§ 167, p. 110,12 *τοῦτον οὖν ἀποκτενεῖτε . . .;*
2) *ἀπολογισμοί*	§ 167, p. 110,16–17 *Σωκράτης οὐ δεινὸν ἡγεῖται τὸ τεθνάναι* § 168, p. 111,8–9 *ἐπὶ μὲν τὸ συλλέγειν ἀργύριον . . . οὐκ ἐτράπετο*
Cap. 36 p. 77,1–4 = rhet. Gr. I p. 89,18–21 *ὑπομίμνησκε τοὺς δικαστάς, ὅτι . . . . δικάζουσιν, ὀμόσαντες κατὰ τοὺς νόμους τοὺς κειμένους τὴν ψῆφον οἴσειν.*	§ 167, p. 111,1–3 *οὐ γὰρ κατὰ τὴν Σωκράτους ἐπιθυμίαν ὀμωμόκατε ψηφιεῖσθαι, κατὰ δὲ τοὺς νόμους τοὺς κειμένους.*

b) *παθητικόν.*

Ἀνωνύμου τέχνη ῥητορική l.l. I p. 393,$_{7-8}$ *ἔργον δὲ ἐπιλόγου ἢ προϋπάρχοντα πάθη αὐξῆσαι ἢ ἐμποιῆσαι μὴ ὄντα.*	§§ 169—183, p. 111,$_{16}$ – 121,$_{5}$.

1) *πάθη.*

Cap. 34 p. 64,$_{23-25}$ = rhet. Gr. I p. 76,$_{26}$ — 77,$_{1}$ *ἁρμόσει συντόμως εἰπεῖν, καὶ εἴ τις*	§§ 169—176, p. 111,$_{16}$—116,$_{12}$.
προϋπάρχει . . . φιλία	§ 171, p. 112,$_{16}$ *φίλον εἰλικρινῆ*
ἢ χάρις	§ 168, p. 111,$_{5-7}$ *μισθοὶ βίου σώφρονος καὶ κοσμίου, λαβέτω δὲ καὶ παρ' ὑμῶν . . . τοὺς ὀφειλομένους*
	§ 169, p. 111,$_{19}$ *ἔχετε χάριν*
ἢ ἔλεος	§ 169, p. 112,$_{2-3}$ *τοὺς τούτου παῖδας εἰς ὀρφανίαν ἐμβαλεῖτε.*
Ἀνωνύμου τέχνη ῥητορική l.l. I p. 392,$_{17-18}$ *πάθη δέ ἐστι τὰ πρῶτα τέσσαρα λύπη, φόβος, ἐπιθυμία, ἡδονή.*	§ 173, p. 113,$_{12-13}$ *τὸν δὲ ἐπὶ τούτοις ἐσόμενον οὐ δεδοίκατε λόγον . . .;*
Ἀψίνου τέχνη ῥητορική ed. Spengel-Hammer l.l. I p. 328,$_{19}$ *πάθος ποιοῦσιν καὶ αἱ δεινώσεις· ‘θέαμα δεινόν’*	§ 175, p. 115,$_{6}$ *μηδ' ἀναμείνητε θέαμα δεινόν*
Ἀριστοτέλους τέχνη ῥητορική III 19 ed. Spengel, Rhet. Gr. I p. 161,$_{19-21}$ *εἰς τὰ πάθη ἄγειν τὸν ἀκροατήν· ταῦτα δ' ἐστὶν ἔλεος καὶ δείνωσις καὶ ὀργὴ καὶ μῖσος καὶ φθόνος κτλ.*	§ 176, p. 116,$_{7-9}$ *πολλὰς πόλεις σεμνοτέρας τῶν Ἀθηνῶν ἀποδείξουσι κατά γε τὴν σοφίαν.*
ib. II 10 ed. Spengel I p. 84,$_{24}$—85,$_{1}$ *ἔστιν ὁ φθόνος λύ-*	

πῃ τις ἐπὶ εὐπραγίᾳ φαινομένῃ τῶν εἰρημένων ἀγαθῶν περὶ τοὺς ὁμοίους .... οἱ εὐτυχοῦντες φθονεροί εἰσιν ... καὶ οἱ τιμώμενοι ἐπί τινι διαφερόντως καὶ μάλιστα ἐπὶ σοφίᾳ.

2) αὔξησις.

Ἀνωνύμου τέχνη ῥητορική l. l. I p. 393, 8–9 μεγάλην δὲ ἔχει ῥοπὴν ἐν τοῖς ἐπιλόγοις ἡ αὔξησις.	§§ 176—184, p. 116, 13—121, 5.
Ἐκ τῶν Λογγίνου ed. Spengel-Hammer l. l. I p. 215, 3–7 Θεόφραστος ἓξ τρόπους αὐξήσεως παραδέδωκεν· τὰ μὲν γὰρ ἐκ τῶν πραγμάτων λέγει ἔχειν τὴν αὔξησιν, τὰ δὲ ἐκ τῶν ἀποβαινόντων,	§ 176, p. 116, 13 ἀνεξάλειπτον πρόσεισι τοὔνειδος § 177, p. 117, 5–6 μηδὲ .... ἐχθροὺς τῇ πόλει ποιήσητε
τὰ δὲ ἐξ ἀντιπαραβολῆς	§ 180, p. 118, 10 Ἀρχιλόχου φονεύς § 181, p. 119, 1 ὁ θεὸς ὑπὲρ Αἰσώπου χαλεπαίνων § 182, p. 119, 13 Λειβήθριοι
καὶ τοῦ πάθους	
Ἀψίνου τέχνη ῥητορική l. l. I p. 326, 4–23 κινεῖ δὲ ἔλεον κἂν τοῖς μάλιστα καὶ ὁ τῆς ἐντολῆς καλούμνος τόπος ... δεῖ δὲ τὰς ἐντολὰς εὔγνωμόν τι ἔχειν καὶ εὐσεβές, ὁποία ἐστὶν ἡ Σωκράτους ... ἀπολογία.	§ 183, p. 120, 8–9 Κρίτων, ἡλικιῶτα Σωκράτους καὶ δημότα, λέγε πρὸς τούτους ἃ σύνοισθα τῷ φίλῳ
Cap. 33 p. 64, 20–22 = rhet. Gr. I p. 76, 22–24 ἐπὶ τελευτῇ	§ 184, p. 121, 4–5 οὕτως εἴωθε Σωκράτης διαφθείρειν

παλιλλογήσομεν τὰ προειρημένα σχήματα διαλογισμοῦ λαβόντες . . . ἢ εἰρωνείας.	τοὺς νέους.

Iam Libanium apologiam Socratis accurate secundum leges artis rhetoricae composuisse apertum est. Iniuria igitur ei, quod normas declamationum componendarum vel tironibus notas ignoraverit, Eunapius obicit in vita eius § 9 ed. Foerster, Libanii opera I p. 6, 18–19 *καὶ γὰρ τὰ πλεῖστα τῶν κοινῶν καὶ παιδὶ γνωρίμων περὶ τὰς μελέτας ἠγνόει.* Attamen e rhetorum praeceptis comparatis cum locis Libanianis sophistam Antiochenum non ad unius rhetoris regulas sese applicavisse, sed ex compluribus artium scriptoribus praecepta, quae ei optima viderentur, sibi observanda elegisse intellegitur, nisi forte ea ars, quam Libanius stricte secutus est, periit.

C.

De quaestionibus ad ipsam Libanii vitam pertinentibus.

I. De aetate, qua Libanius apologiam Socratis scripsit.

E perfecta arte oratoria, quae in apologia Socratis ad praecepta rhetorica accommodata conspicitur, nec non e culta ac perpolita exprimendi ratione, quae et in sermone ad exemplaria Attica adumbrato et in dicendi ornamentis moderate usurpatis cognoscitur, Libanium hanc declamationem eo temporis spatio, quo et ad summum artis culmen et ad vitae *ἀκμὴν* pervenerit, composuisse colligendum est. Cum autem et in argumentis et in sermone apologiae Socratis tot studiorum Platonicorum vestigia inveniantur, quot vix in ulla alia aut oratione aut declamatione, ne excepta quidem oratione pro saltatoribus conscripta, quae ipsa et sententiis et dicendi proprietatibus Platonicis referta est, et hanc orationem et apologiam Socratis aetate Imperatoris Iuliani, quibus annis Libanium imprimis sese in Platonis libros insinuavisse constat[1]), scriptas esse nobis est arbitrandum. Certius etiam atque accuratius aetas apologiae Socratis compositae Libanii ep. 606 ad Maximum data definitur,

[1]) Cf. Foerster, Libanii opera IV p. 406 [4].

qua ille se Socratem, si temporibus illis fuisset, a trium illorum accusatorum impetu defensurum fuisse dicit: *ἃ ἐποίουν ἂν περὶ Σωκράτην, εἰ κατὰ Σωκράτην ἐγεγόνειν, ὅτε αὐτῷ τὰ θηρία ἐπέκειτο, συκοφάνται τρεῖς, ταῦτ᾽ ᾤμην δεῖν καὶ νῦν ποιεῖν περὶ τὸν τὰ Σωκράτους ἐζηλωκότα. ἔπραττόν τε ταῦτα κἀκεῖνα ἂν ἐποίουν οὐχ ὑπὲρ τῶν ἐν ταῖς αἰτίαις δεδοικὼς κτλ.* Quamquam enim in hac epistula apologiae Socratis neque compositae neque componendae mentio fit, tamen Libanium eodem tempore, quo illam epistulam scripsit, et Anyti in Socratem accusationes et consilium Socratis defendendi apud se molitum esse apertum est. Atque cum eadem sententia Platonica similibus verbis expressa et in epistula et in apologia occurrat:

§ 167, p. 110, 16—18 *Σωκράτης οὐ δεινὸν ἡγεῖται τὸ τεθνάναι, ταῦτα γὰρ αὐτὸν ⟨ἡ⟩ φιλοσοφία πέπεικεν*	ep. 606 *οὐδὲν γὰρ δεινὸν φιλοσόφοις ἐκλυθῆναι σώματος,*

apologiam haud ita multo post epistulam illam scriptam esse fere manifestum videtur mihi esse; itaque cum epistulam illam mense Ianuario anni 362 per Fortunatianum Maximo missam esse constet[1]), apologiam medio fere anno 362 vel sub finem huius anni a Libanio perfectam esse concludere velim.

II. De apologiae Socratis Libanianae consilio.

Libanium, cum eodem tempore, quo amicus eius fidem Christianam opprimere atque cultum deorum Olympiorum redintegrare pristinamque sapientiam Graecam in fidei Christianae locum substituere studebat, atque quo ipse odium fidei Christianae in or. LX ed. F. IV p. 298—321 et gaudium veterum sacrificiorum decretis Imperatoris refectorum in ep. 606 aperte verbis expressit et prodidit, philosophiae Graecae restitutorem summo studio atque cum intimo animi sensu praedicaret, hanc declamationem non modo ingenii exercendi aut ostentandi gratia, sed eo consilio, ut hoc libello in illo sapientiae Graecae cum fide Christiana certamine socius Imperatoris contenderet, scripsisse verisimillimum est. Cum enim Socratem in ep. 606 diis

[1]) Cf. Sievers, Das Leben des Libanius, Berlin 1868, p. 89 [22]. — Seeck, Die Briefe des Libanius zeitlich geordnet, Leipzig 1906, p. 389.

aequiperet: *πάμμεγα κέρδος τοῖς ἀνθρώποις ἀνὴρ φιλοσοφῶν καὶ οὐ πολὺ τοῦτ' ἔλαττον τοῦ τοὺς θεοὺς ἀναμεμίχθαι τοῖς ἀνθρώποις καὶ συμβουλεύειν καὶ συμπράττειν*, et in apologia ut virum summis et hominis et magistri et patris familias et civis virtutibus ornatum optimeque de hominibus meritum inducat, aequalibus suis in philosophia Graeca viros sanctiores ac veneratione digniores quam inter Galilaeos ortos esse ostendere simulque philosophiam illam, quam ut caverent Christianos iam Paulus ad Coloss. II 8 *βλέπετε μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας* monuerat, commendare voluisse videtur. Ac Libanium hac declamatione Imperatoris rationes et consilia adiuvare illisque inservire voluisse etiam ea re comprobatur, quod aequales ne impias poetarum de diis narrationes veras esse credant monet, § 121, p. 81,12—82,9 *τί βούλεσθε περὶ τῆς Ἀθηνᾶς ... πιστεῦσαι εὐθὺς τοὺς ὑμετέρους υἱεῖς; κτλ.* Fabulas enim illas indignas a Christianis ad deos illudendos saepissime adhibitas esse et ex auctoribus fidem Christianam defendentibus cognoscitur (cf. supra p. 120–121) et Iulianus deos irridere ut morem Christianum testatur in ep. 78 ed. Hertlein p. 604,19–21 *ἡ γὰρ ἄκρα θεολογία παρ' αὐτοῖς ἐστι δύο ταῦτα, συρίττειν τε πρὸς τοὺς δαίμονας καὶ σκιαγραφεῖν ἐπὶ τοῦ μετώπου τὸν σταυρόν.*

III. De ipsius vitae rebus a Libanio in apologiam Socratis intextis.

Libanium apologiam Socratis cum summo animi studio scripsisse imprimis laudes docent, quibus §§ 74–75, p. 55,9–56,3 urbem Athenas effert; ut enim hic, sic per totam vitam multis scriptorum suorum locis urbis illius, in qua adulescens quattuor annos degit [1]), memoriam cum caritate et benevolentia servavit: in ep. 10 *ἐγὼ δὲ ἐρασθῆναι ὁμολογῶ, Βηρυτοῦ μὲν διὰ πολλά, Ἀθηνῶν δὲ διὰ πάντα*, in ep. 627 *οὐδὲν θαυμαστόν, εἴ τις ἠράσθη τῆς Ἀττικῆς*, in ep. 1071 *παλαιᾶς ἀνεμνήσθην εὐδαιμονίας, ὡς ἐπέβην τῶν Θησέως Ἀθηνῶν*, in ep. 1511 *παλαιὸν ἑταῖρον αὖθις ὄψει τὸν πρᾳότατον Σεβῆρον, ὃς μάλιστα δὴ τῶν*

[1]) Cf. Libanium ipsum, *Βίος ἢ περὶ τῆς ἑαυτοῦ τύχης*, §§ 16—19 ed. F. I p. 89—97. — Sievers l. l. p. 42—49.

Ἀθηνῶν ἀπολέλαυκεν. ἡμεῖς μὲν γὰρ ὥσπερ ἐν ὀνείρατι ταχέως ἀπήλθομεν, ὁ δ' εἰδώς, ὅσον τῶν ἄλλων διαφέρει τὸ χωρίον κτλ., in or. XVIII §§ 27–28 ed. F. II p. 248, 8–18 *ἐρῶντα τῆς Ἑλλάδος καὶ μάλιστα δὴ τοῦ τῆς Ἑλλάδος ὀφθαλμοῦ τῶν Ἀθηνῶν κτλ.*

Nec minus tota Socratis defendendi ac praedicandi ratio Libanii intimum in apologia componenda animi motum demonstrat. Socratem enim imprimis ut adulescentium doctorem et omnino magistri munus celebrans Libanius suas vitae partes adulescentibus erudiendis ac docendis deditas illustrat ac praedicat; laudat enim eas imprimis Socratis magistri virtutes, quas ipse praecipue observabat. Ut enim Socratem ab adulescentibus doctrina sua utentibus pecuniam non petentem laudat § 16, p. 23, 1–2 *οὐδὲ ἀργύριον πραξάμενος, ὡς ὁ μιαρὸς σοφιστής*, sic etiam se ipsum a discipulis pauperioribus pecuniam non postulare in ep. 1583 Basilio scripta[1]) confitetur: *καλῶς δὲ ἐκεῖνο εἰκάζεις, ὡς οὐ χρήμασι μετρεῖται τὰ παρ' ἡμῶν. ἀλλ' ἀρκεῖ τῷ μὴ δυναμένῳ δοῦναι τὸ βουληθῆναι λαβεῖν κτλ.*

Rursus Libanius, cum praeceptoribus a discipulis gratias deberi existimat § 143, p. 97, 2–3 *τοῖς μὲν διδασκάλοις πανταχοῦ χάρις ὀφείλεται*, simul de discipulorum suorum animis ingratis videtur cogitare, de quibus in ep. 716 conqueritur: *οὐδὲν θαυμαστὸν μαθητὰς ὑπὸ διδασκάλων φιλεῖσθαι, ὥσπερ οὐδὲ υἱεῖς ὑπὸ πατέρων, ἄλλως θ' ὅταν οἱ μαθηταὶ οὐ κακοὶ περὶ τὸν παιδεύσαντα γένωνται. γίγνονται γὰρ δὴ καὶ κακοὶ καὶ γεγένηνταί γε. καὶ τοῦτο μᾶλλον ἑτέρων οἶδα πολλὰ μὲν περὶ πολλοὺς καμών, πολλὰ δὲ ὑπὸ πολλῶν παθών.*

Socratem adulescentibus maxime poetarum carmina explicantem inducens § 120, p. 81, 7–9 *ἤκουον ἂν ἅπερ οἱ νέοι. ταῦτα δὲ ἦν μανθάνειν μὲν ἅττα λέγουσιν οἱ ποιηταί* Libanius simul suam docendi rationem videtur in animo habere; eum enim discipulis cum alios scriptores tum poetas interpretatum esse con-

[1]) Hanc epistulam vere a Libanio scriptam esse mihi persuasit Seeck l. l. p. 34. Sine causis cogentibus hanc sicut ceteras, quae feruntur Libanii ad Basilium et Basilii ad Libanium epistulas non genuinas esse arbitrantur cum multi tum Krabinger, Über die Unechtheit des Briefwechsels des Basileios des Grossen und des Libanios in ‚Bulletin der königl. Akademie d. Wissensch. in München', 1850, p. 265–286, et Bardenhewer, Patrologie, Freiburg i. Br. 1894, p. 257.

stat et ex or. LXII § 12 ed. Foerster t. IV p. 352, 21-22 *ἀνάγκη διὰ πολλῶν μὲν ποιητῶν ἀφικέσθαι κτλ.* et ex ep. 828 *ἴσθι μέντοι τοὺς δύο τούτους ἄνδρας καὶ λυπῶν τοῖς περὶ τοῦ σοῦ παιδὸς βεβουλευμένοις ὑμῖν, ὃν ἀφ' Ὁμήρου καὶ Δημοσθένους καὶ Πλάτωνος ἐφ' ἵππους καὶ ἅρματα καὶ ἡνιόχους μετήνεγκας.*

At non solum Socratis magistri virtutes sed etiam e ceteris praestantiis eius maxime eas Libanius praedicat, quas ipse praecipue per totam vitam exercebat; ut enim Socratem corporis voluptates pecuniaeque quaestum contemnentem totumque philosophiae deditum laudat locis supra p. 71—72 congestis, ita etiam se ipsum conviviis et voluptatibus parvi aestimatis summo studio ad artem oratoriam incubuisse narrat in vita sua § 53 ed. F. I p. 109, 17-19 *ἐποίει δέ μοι τὰς ἡδονὰς οὐ τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν, τὸ δὲ τὰ τῶν λόγων εὖ καὶ καλῶς χωρεῖν.* Quam parvum autem pretium auro argentoque tribuerit, ostendit et ep. 140 *νῦν ὄντως μοι τοὺς μισθοὺς ἀπέδωκας, οὐ χρυσίον καὶ ἀργύριον, ταῦτα δὴ τὰ παρὰ τῶν πολλῶν φερόμενα καὶ τέρποντα τοὺς πολλούς* et ea res, quod dona ab Imperatore Iuliano non accepit; quam rem narrat in ep. 372, in ep. 1039, in vita sua § 125 ed. F. I p. 142, 26—143, 5.

D.

De ratione, quae intercedit inter decl. II et Libanii apologiam Socratis.

Sunt et in argumentis et in dictione decl. II nonnulla a cogitandi et scribendi usu Libaniano aliena, quibus, an Libanius fuerit auctor illius moveri possit dubitatio[1]). Ac primum quidem in singulis rebus auctor ab argumentis a Libanio in apologia Socratis prolatis discedit:

1) In apol. Socr. locis supra p. 79—80 laudatis amicus Socratem ullius hominis umquam magistrum fuisse acerrime negat; in decl. II autem amicus Socratis hunc plane ut magistrum describit ac prorsus illum magistrum, amicos eius discipulos appellat § 3, p. 128, 8 *ἐγὼ δέ εἰμι μὲν εἷς τῶν φοιτώντων παρὰ Σωκράτην* et § 16, p. 135, 2-4 *Κριτίας ὃς ἀνεπιτήδειος*

[1]) Cf. Foerster, Libanii opera V p. 123 [1].

μαθητὴς φανεὶς κατεψηφίσατο Σωκράτους et § 26, p. 140, 14–15 *ἀξιοῖς φιλοσοφώτερον εἶναι διδασκάλου τὸν μαθητήν.*

2) Auctor decl. II Socrati duas malas naturas tribuit § 4, p. 129, 1–2 *δύο μὲν φύσεων πονηρῶν ὡς οἷόν τε ἦν κρείττων γενόμενος*, Libanius ne tangit quidem ullum Socratis morem malum.

3) Libanius Socratem orationum atque causarum iudiciariarum imperitum esse scribit § 5, p. 16, 8–9 *εἰ μὲν ἐμπείρως ἔχων τῶν ἐν τοῖς δικαστηρίοις λόγων Σωκράτης* et § 46, p. 39, 10–12 *ἔδεισαν τὴν πενίαν Σωκράτους καὶ τὴν τῶν δικανικῶν ἀγώνων ἀπειρίαν.* Auctor autem decl. II cum ceteris locis a Socrate saepissime frequentatis etiam iudicia affert § 25, p. 139, 9–10 *οὐκ ἐν τοῖς δικαστηρίοις, οὐκ ἐν Ἀγάθωνος, οὐκ ἐν Καλλίου, οὐκ ἐν Ἄμμωνος*[1] *κτλ.*

4) Libanius Platonem secutus Socratem Atheniensibus, quod minime sapientiae studerent, obiecisse locis supra p. 75—77 allatis scribit; auctor decl. II Athenienses prorsus philosophari dicit Thucydidem imitatus:

§ 35, p. 144, 8 *Ἀθηναῖοι μὲν φιλοσοφοῦσιν.*	Thuc. II 40, 1 *φιλοσοφοῦμεν ἄνευ μαλακίας.*

Praeterea auctor decl. II leviter a Libanio digressus nonnullas res paulo aliter atque ille narrat. Ac primum quidem inter loca, quibus Socrates colloqui solebat, laudat et porticus § 25, p. 139, 7–9 *οὐκ ἐν ταῖς στοαῖς, οὐκ ἐν τῇ βασιλείῳ διαλέξεταί τισιν, οὐκ ἐπὶ τῆς ποικίλης* et Ilissum § 6, p. 130, 2 *ὡς ἐπὶ τὸν Ἰλισσόν*, § 25, p. 139, 12 *οὐχ ὑπὲρ Ἰλισσόν*, quae loca Libanius in apologia Socratis omnino non commemorat.

Potidaeam autem ac Delium auctor decl. II § 25, p. 139, 13 14 *οὐκ ἐν Ποτιδαίᾳ Σωκράτης, οὐκ ἐπὶ Δηλίῳ* inter illa colloquiorum Socraticorum loca per errorem enumerat.

Tum auctor decl. II, quamquam ita ut Libanius in apologia Socratis § 182, p. 119, 13—120, 2 hunc cum Orpheo com-

---

[1]) Foerster in textum recepit Morellii coniecturam *Λάμωνος*. Quae coniectura non videtur necessaria esse. *Ἄμμων* enim cognomen fuisse Hipponico, patri Calliae, divitissimo Atheniensium, traditum est ab Heraclide Pontico apud Athenaeum Deipnos. XII 527 A *παρ' Ἱππόνικον τὸν Καλλίου τὸν Ἄμμωνα ἐπικαλούμενον ὑπεξέθεντο τὰ χρήματα.*

ponit, tamen in Orphei morte enarranda a Libanio dissentit vatem non a Lebethriis occisum sed a Thraeissis dilaceratum esse referens § 30, p. 141, 20–22 *οὐδὲ μετὰ τὸν θάνατον ἡ μουσικὴ Ὀρφέα κατέλιπεν. ἀλλὰ κἀκεῖνον μὲν διέσπασαν αἱ Θρᾷτται γυναῖκες.*

Ut in rebus explicatis ita etiam in dicendi ratione auctor decl. II a Libanio haud leviter discedit. Ac primum quidem, cum Libanius et in orationibus et in declamationibus maxime auctores Atticos imitatus verba a sermone Attico aliena vitet, scriptor illius declamationis identidem verbis ab Atticis rarissime nec fere omnino nisi a poetis usurpatis utitur:

§ 10, p. 132, 5 *κλοπιμαίαν σωτηρίαν.* — § 25, p. 139, 5 *ἄλογοι δὲ αἱ παλαῖστραι.* Apud Atticos *ἄλογος* adiectivum nunquam significat tacitum, sed rationis expertem; Plato enim legg. III 696 D *οὐ λόγου ἀλλά τινος μᾶλλον ἀλόγου σιγῆς ἄξιον* hoc adiectivum modo propter lusum verborum efficiendum adhibet. — § 28, p. 141, 14 *τὴν ἐπιθανάτιον ἐπιστολήν.* — § 34, p. 143, 15 *τὰς βιωσίμους ἡμέρας.* — § 36, p. 145, 11 *μεστοῖς ἀνοσιουργημάτων.* — § 36, p. 145, 15 *ἄληκτον . . . φοράν.*

Nec minus auctor decl. II a Libanio, scriptore elegantissimo, ea re differt, quod per totam declamationem imperitiam quandam scribendi prodit; ac sermo ille inconditus cognoscitur vel ex aridis ac frigidis illis enumerationibus et virorum sapientia clarorum § 9, p. 131, 6–10 et Socratis amicorum § 23, p. 138, 8–10 et locorum saepissime a Socrate frequentatorum § 25, p. 139, 4 —140, 5. Quae enumerationes exiles maxime distant ab arte summa, qua cum aliae declamationes tum apologia Socratis est composita. Magis etiam tironum scribendi modus inhabilis in decl. II ex ea re perspicitur, quod auctor inopia quadam verborum ac locutionum pressus iterum ac saepius iisdem utitur vocibus et exprimendi rationibus. Ac vocabula saepissime adhibita et interdum exiguo intervallo sine ullo variandi studio iterata sunt imprimis: 1) *σιωπᾶν* vel voces eiusdem stirpis 25 locis, 2) *λέγειν* 21 locis, 3) *φιλοσοφεῖν* vel voces eiusdem stirpis 20 locis, 4) *ἀποθνήσκειν* 18 locis, 5) *λαλεῖν* vel voces eiusdem stirpis 18 locis, 6) *νόμος* 12 locis, 7) *ψηφίζεσθαι* et

καταψηφίζεσθαι et *ψήφισμα* 12 locis. 8) *τάττειν* eiusque composita et derivata 12 locis, 9) *κελεύειν* 10 locis, 10) *ἀκούειν* 10 locis.

Locutiones autem identidem usurpatae sunt hae:

1) § 2, p. 127, 12 *ἀποθνήσκειν μὲν οὖν ἐκελεύσατε.* cf. § 27, p. 141, 5–6 *κελεύεται νῦν ἀσόφως ἀποθανεῖν.*
2) § 2, p. 128, 5 *μὴ . . . αἰτίαν λάβητε.* cf. § 4, p. 128, 16 *λαβὼν αἰτίας ψευδεῖς,*
3) § 6, p. 130, 7–8 *τοιούτους διεξέρχεται λόγους.* cf. § 32, p. 142, 12–13 *τοιούτους λόγους διεξῆλθεν,*
4) § 7, p. 130, 16 *ἀνόνητον ποιοῦσιν ἡμῖν τήν τε σωτηρίαν αὐτοῦ.* cf. p. 34, p. 143, 17 *ἀνόνητον ποιοῦσι τὴν σὴν χάριν.*
5) § 20, p. 137, 8 *ἀφήσων τὴν ψυχήν.* cf. § 27, p. 140, 21 *τὴν ψυχὴν ἀφιᾶσιν,*
6) § 15, p. 134, 12–13 *τοὺς θεοὺς ἀνακαλούντων*, cf. § 21, p. 137, 6 *μηδὲ ἀνακαλέσῃ θεούς.*

Contra Libanius maxime operam dat, ut eadem verba parvo intervallo repetenda evitet atque quam maxime varia proferat, ut nonnullis utar exemplis, in apol. Socr. § 7, p. 17, 17 *προσδοκᾷ. κακῶς ἐλπίζων*, § 57, p. 46, 1–2 *μετὰ τὴν ἐν Σικελίᾳ συμφοράν, . . . μετὰ τὴν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ἀτυχίαν*, § 87, p. 62, 9–10 *δεδοικὼς αὐτοῦ τὴν διδαχὴν καὶ φοβούμενος μή τις κτλ.*

Gravis inter decl. II et apologiam Socratis exstat differentia etiam in struendis clausulis. In II enim decl. inter primas centum clausulas 26 secundum legem Meyerianam formatae reperiuntur; e quo parvo numero auctori legem illam ignotam fuisse statuendum est, cum hae 26 clausulae sine auctoris consilio secundum legem Meyerianam ortae esse possint; quin etiam auctorem clausulas ad legem Meyerianam accommodatas efficere ne studuisse quidem aperte demonstratur verbis collocatis § 17, p. 135, 12 *Σωκράτης εἰρηκὼς λόγον.* Verbis enim transpositis *λόγον Σωκράτης* clausula legis Meyerianae optima fit. At in apologia Socratis inter primas centum clausulas 50 ad illam legem constructae inveniuntur. Sed quamquam in apologia Socratis saepius illa norma valet quam in decl. II, tamen Libanium illa aetate, qua apologiam Socratis composuit, illam legem non accurate ac plane observavisse apparet.

In hiatu vero evitando inter decl. II et apologiam Socratis nulla intercedit differentia[1]). Nam et auctor decl. II et Libanius, quantum fieri potest, hiatum fugiunt; quod maxime inde cognoscitur, quod uterque auctor e praepositionibus eiusdem significatus eas eligit, ut inter praepositionem et substantivum subsequens hiatus non oriatur: auctor decl. II § 25, p. 139, 15–16 *οὐ περὶ σωφροσύνης . . ., οὐχ ὑπὲρ ἀνδρίας*, item Libanius in apol. Socr. § 151, p. 101, 9 10 *τοὺς περὶ σωφροσύνης, τοὺς ὑπὲρ ἀνδρίας*. Tum auctor decl. II, ubi inter praepositionem et nomen proprium hiatus fieret, ante hoc articulum ponit, ubi non fit, omittit: § 6, p. 130, 2 *ἐπὶ τὸν Ἰλισσόν*, sed § 25, p. 139, 12 *ὑπὲρ Ἰλισσόν*. Libanius in apol. Socr., ut hiatum evitet, post formas in vocalem exeuntes coniunctione *καθάπερ*, alias coniunctione *ὥσπερ* utitur: § 22, p. 26, 9 *εἶλκεν, ὥσπερ ὁ θαλλὸς κτλ.*, sed § 24, p. 28, 4 *τῷ σώματι καθάπερ ἀδαμαντίνῳ*, § 28, p. 29, 12 *Ἀνύτου καθάπερ τυράννου*. Multis autem locis et Libanius et auctor decl. II hiatum admittunt; atque in utraque declamatione hiatus saepissime reperitur post *καὶ* coniunctionem, in decl. II § 4, p. 129, 2–3 *καὶ ἄλλους*, § 30, p. 142, 2 *καὶ ἐσπασμένος*, § 37, p. 146, 3 4 *καὶ ἀκροαταί* multisque aliis locis, in apol. Socr. § 24, p. 27, 12 *καὶ Ἄνυτος*, § 24, p. 27, 13–14 *καὶ ἔχαιρον*, § 16, p. 22, 17 *καὶ οἴκῳ* et omnino saepe, nec minus post dipthongos, in decl. II § 36, p. 145, 13 *τιμωρίαι ἐν*, in apol. Socr. § 29, p. 30, 5 6 *εἰ ὥσπερ*, § 36, p. 33, 19 *ἔσται ἀναχωρεῖν*. Praeterea in utraque declamatione hiatus non raro exstat:

1) post *α* litteram:

a) ante *α*

in decl. II § 31, p. 142, 8 *φιλοσοφίᾳ ἀπίστει*, § 33, p. 143, 9 *ποιήματα ᾄδει*, § 39, p. 147, 5 *πᾶσα ἀθάνατος*, in apol. Socr. § 2, p. 14, 8 *παρόντα ἀγῶνα*, § 8, p. 18, 7–8 *λυπήσαντα ἀμυνούμενοι*, § 162, p. 107, 13 *μηδένα ἀδικεῖν*,

b) ante *ε*

in decl. II § 10, p. 131, 14 *δοκοῦντα ἔστω*, § 26, p. 140, 11 *Ξενοφῶντα ἐπῄνεσα*, § 33, p. 143, 6 *οἶδα ἐγώ*, in apol. Socr. § 9, p. 18, 17 *ἥκιστα ἐμπλήσειν*, § 34, p. 33, 2 *ἑβδομήκοντα ἔτη*.

[1]) Vocales ante vocales elidendas, velut *δὲ ἄνθρωπος, τοῦτο ἔοικε*, in hiatuum numero non duxi, neque inter finem unius et initium alterius enuntiati, velut *οἶδα ὅτι*, hiatum esse existimavi.

c) ante *ου*

in decl. II § 19, p. 136, 19–20 *μηδένα οὐ*, in apol. Socr. § 15, p. 21, 22 *μέγα οὔτε*,

2) post *ι* litteram:

a) ante *α*

in decl. II § 2, p. 128, 1 *μηδενὶ ἀποκτείνοντες*, in apol. Socr. § 36, p. 33, 20 *ὅτι ἄρα*,

b) ante *ε*

tantummodo in apol. Socr. § 18, p. 24, 4 *δι᾽ ἔτους*, § 20, p. 25, 6 *ὅτι ἔστιν*,

c) ante *ου*

solum in apol. Socr. § 18, p. 23, 13 *τί οὖν*, § 25, p. 28, 8 *τί οὖν*,

d) ante *ω*

modo in apol. Socr. § 22, p. 26, 19 *περὶ ὧν*.

3) post *η* litteram:

ante *ο* vel *ου* vel *αυ*

in decl. II § 39, p. 147, 1 *ἢ οὗτοι*, in apol. Socr. § 1, p. 13, 4 *μὴ οὐ*, § 17, p. 23, 12 *ἢ αὐτός*, § 18, p. 24, 3 *ἢ ὅθεν*.

Auctor igitur decl. II, quamquam in hiatu vitando cum Libanio consentit, tamen cum in nonnullis argumentis tum in scribendi usu ab eo discedit. Sed neque e rebus illis contrarie ac diverse ab utroque auctore narratis neque e dicendi proprietatibus a Libanio alienis auctorem decl. II quemquam alium esse atque auctorem apologiae Socratis est colligendum; repugnantiae enim illae ac discrepantiae rerum prolatarum facile comprehenduntur e complurium annorum spatio inter aetatem declamationis illius compositae et aetatem apologiae scriptae intermisso, cum nemo fere sit, qui per totam vitam eadem sentiat aut de iisdem rebus semper eadem cogitet. Atque omnino imprimis rhetorum est easdem res in alio rerum conexu ad libidinem aliter enarrare. Ac profecto Libanium opiniones mutavisse apparet cum ex aliis orationibus et declamationibus tum e vituperatione Alcibiadis quam supra p. 97[1] commemoravi comparata cum laudibus Alcibiadis in apologia Socratis exstantibus.

E diversis et decl. II et apologiae Socratis compositae aetatibus etiam facile intellegitur, cur sermo illius alius sit

atque huius; aliter enim adulescens, aliter iuvenis, aliter senex scribebat Libanius. Itaque non est, cur discrepantiis illis aut rerum aut dictionis nixi decl. II in codicibus Libanii nomen ferentem et a grammaticis ceterisque auctoribus veteribus[1]) iam haud ita multo post Libanii aetatem sub eius nomine identidem laudatam rhetori Antiocheno abiudicemus. Atque cum auctorem decl. II aetatem adulescentuli, ne dicam pueri, nondum excessisse e puerilibus illis sermonis proprietatibus aperte sequatur, Libanium declamationem illam adulescentem fecisse patet. Artius atque certius aetas declamationis illius compositae vix poterit definiri.

[1]) Cf. Foerster, Libanii opera V p. 125.

Indices.

I. Indices Libaniani.

1. Index locorum apologiae Socratis tractatorum.

[1]) In textu per errorem scriptum est 21.

[1]) In textu per errorem scriptum est 48.

[2]) In textu p. 43 per errorem scriptum est 54.

§ 57 p. 46, 3-6 : p. 102
p. 46, 5 : p. 146
§ 58 p. 46, 6-10 : p. 103
p. 46, 11-13 : p. 156
§ 59 p. 47, 2-4 : p. 29
§ 60 p. 47, 7-14 : p. 6
p. 47, 8 : p. 43
p. 47, 8-10 : p. 103
§ 61 p. 48, 2-4 : p. 6
p. 48, 4-6 : p. 85
§ 62 p. 48, 8-14 : p. 9
§ 63 p. 48, 14-49, 1 : p. 157. 143
p. 49, 7-8 : p. 148
§ 65 p. 50, 4-5 : p. 124
§§ 65—66 p. 50, 4-51 3 : p. 157
§ 65 p. 50, 5-7 : p. 124
§§ 67—68 p. 51, 3-52, 7 : p. 157
§ 67 p. 51, 10-11 : p. 125
§ 68 p. 51, 15-16 p. 105
p. 52, 4-5 p. 128
p. 52, 6 : p. 149
§ 69 p. 52, 8-9 : p. 157
p. 52, 11-14 : p. 157
p. 52, 16-17 : p. 144
§ 70 p. 53, 1-2 : p. 129
p. 53, 2 : p. 129
p. 53, 9-10 : p. 157
§ 71 p. 53, 18-54, 2 : p. 113
§ 72 p. 54, 11 : p. 28
p. 54, 12 : p. 127
p. 54, 12-13 : p. 144
p. 54, 14 : p. 146
§ 73 p. 54, 15-55, 1 : p. 112. 157
p. 55, 3-4 : p. 19
p. 55, 8-9 : p. 139
§ 74 p. 55, 9-11 : p. 126
§§ 74—75 p. 55, 9-56, 3 : p. 170
§ 74 p. 55, 14 : p. 126
p. 55, 14-15 : p. 126
§ 75 p. 55, 21-56, 2 : p. 126
§ 76 p. 56, 3-4 : p. 127
§ 76 p. 56, 7 : p. 146
p. 56, 7-8 : p. 135
p. 56, 8-10 : p. 135
§ 77 p. 56, 10-12 : p. 135
§ 78 p. 57, 1-4 : p. 124
§ 79 p. 57, 10-11 : p. 125
p. 57, 14-15 : p. 124
p. 57, 15-58, 3 : p. 125
p. 58, 6-9 : p. 158
p. 58, 7-8 : p. 149
§ 80 p. 58, 10-11 : p. 144
p. 58, 10-59, 3 : p. 22
p. 58, 11-12 : p. 5
p. 58, 12-59, 1 : p. 135
p. 58, 16-17 : p. 146
p. 59, 2-3 : p. 158
p. 59, 4-5 : p. 5
§§ 80—83 p. 59, 4-60, 18 : p. 22
§ 81 p. 59, 7-14 : p. 130
p. 59, 8-9 : p. 158
§ 82 p. 59, 15-60, 1 : p. 158
p. 60, 4-5 : p. 112. 158
§ 83 p. 60, 10-11 : p. 131. 158
p. 60, 15-18 : p. 158
p. 60, 17-18 : p. 6
§ 84 p. 60, 19-61, 2 : p. 158
p. 60, 19-61, 6 : p. 22
§ 85 p. 61, 7-8 : p. 159
p. 61, 11-12 : p. 137
§ 86 p. 61, 16-62, 4 : p. 10
p. 61, 17 : p. 159
p. 62, 2 : p. 129
p. 62, 2-4 : p. 26
§ 87 p. 62, 9 : p. 159
p. 62, 9-10 : p. 175
p. 62, 9-12 : p. 11
p. 62, 13 : p. 99
p. 62, 13-14 : p. 11
§ 88 p. 63, 4 : p. 159
p. 63, 4-6 : p. 11
p. 63, 8-10 : p. 20
p. 63, 11 : p. 104
p. 63, 12-18 : p. 127
§ 89 p. 64, 5-6 : p. 124
p. 64, 7-10 : p. 124
§ 90 p. 64, 14-65, 9 : p. 117
p. 64, 15 : p. 146
p. 65, 1 : p. 145
p. 65, 7-8 : p. 148
§ 91 p. 65, 11-16 : p. 127
p. 65, 13 : p. 149
§ 92 p. 65, 16-17 : p. 86
p. 65, 17-18 : p. 159
§ 93 p. 66, 6 : p. 159
§§ 93—94 p. 66, 6-67, 4 : p. 12
§§ 93—96 p. 66, 6-68, 7 : p. 27
§ 93 p. 66, 7 : p. 42
p. 66, 10 : p. 12. 146
p. 67, 1 : p. 12
§ 94 p. 67, 3-5 : p. 121
§ 95 p. 67, 11-14 : p. 13
§ 96 p. 67, 19-20 : p. 137
§ 97 p. 68, 8-18 : p. 27
p. 68, 13-17 : p. 12
p. 68, 13-18 : p. 159
p. 68, 15-17 : p. 27
§ 98 p. 68, 19 : p. 43
p. 68, 19-21 : p. 10
p. 68, 19-69, 2 : p. 25
p. 68, 21 : p. 159
p. 68, 21-69, 1 : p. 87
§§ 99—101 p. 69, 3-70, 17 : p. 25
§ 99 p. 69, 5-8 : p. 131
§ 100 p. 69, 8-10 : p. 80. 169
p. 69, 15 : p. 146
p. 69, 15-70, 1 : p. 159
§ 101 p. 70, 3-4 : p. 115
p. 70, 13-15 : p. 20
§ 102 p. 70, 17-71, 1 : p. 23
p. 70, 17-71, 2 : p. 66
p. 70, 17-71, 6 : p. 8
p. 71, 1-2 : p. 23
p. 71, 3-4 : p. 160
p. 71, 5 : p. 24
p. 71, 5-6 : p. 23
p. 71, 5-7 : p. 87
§§ 102—103 p. 71, 5-12 : p. 24
§ 103 p. 71, 9-10 : p. 160

[1]) In textu per errorem scriptum est 112.

2. Index locorum decl. II tractatorum.

3. Index locorum e ceteris scriptis Libanianis laudatorum.

a) Orationes.

[1]) In textu per errorem scriptum est LXIV.

b. Declamationes.

c. Epistulae.

II. Index auctorum allatorum.

[1]) In textu per errorem scriptum est I.

Buchdruckerei Maretzke & Märtin, Trebnitz i. Schl.